This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

A 493266

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM SEPTIMUM.

Edidit

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

Monachii.
Typis Mich. Lindauer, Typographi aulici.
1829.



Praefatio.

Reichenbach *), coetus quondam religiosorum Virorum Ordinis S. Benedicti ad sinistram ripam fluvioli *Regen*, quinque circiter horis ab urbe Ratisbona, sextum est Monasterium Palatinatus superioris, cujus in hac collectione Monumenta, ordine chronologico disposita, damus. Narrationem de fundatione hujus Asceterii lector benevolus mox in fronte horum documentorum reperiet. Hodie, extinctis anno 1803 omnibus Bavariae coenobiis, locus iste mediocris est vicus, nequidem praerogativa gaudens parochiali, cum vicinae Walderbacensi ecclesiae, quae et ipsa monasterialis fuit, veluti filialis subjectus fuerit.

Silentio praetereundum non est, documenta publica et autographa hujus coenobii ipsa ultimae secularisationis epocha maximam fecisse jacturam, illisque potissima ex parte destructis non fere remansisse, nisi duos codices membranaceos, unde, quae nunc damus, haurire licuit.

*) *Mons S. Viti* olim nuncupabatur.

145792

Codicum quidem illorum primus liber est traditionum sive delegationum antiquissimus, sub *Erchangero* Abbate jam incoeptus, subinde continuatus et continua serie ad annum usque 1309 decurrens. Alter vero multo majoris voluminis Codex anno 1402 inchoatus, annoque 1409 absolutus, apographa solum tum Codicis praecedentis traditionum seu delegationum, tum reliquorum monasterii Reichenbacensis documentorum subministrat, juxta seriem alphabeticam locorum atque Praeposiurarum disposita.

Utrumque ergo Codicem ut conjungeremus, illisque pauca, quae ex autographis restant, subjungeremus, ordinem chronologicum praeelegimus, difficilem quidem in notitiis antiquioribus, quae carere solent notis temporum, optabilem vero lectoribus, quibus notitia historica absque chronologia nihil prodest.

Fontem triplicem, unde ista sunt hausta, ubique indicavimus eo ipso ordine, quo notitiae in primo Codice sese excipiunt, aeque ac illa, quae ex dicto Codice primo edita seu decerpta jam sunt in Tomo XIV. Monum. Boic. pag. 406—428.

Dabamus Monachii 18. May 1829.

Series Abbatum in Reichenbach.

		incepit	desiit	
1.	*Witigo*, ex monasterio Castel. . .	1118.	1119.	†21. Oct.
2.	*Erchengerus*, praecedentis frater.	1119.	1176.	† 9. Febr.
3.	*Reginboto*, s. *Rainboto*, frater *Gottfridi de Walternfeld.*	1176.	1183.	† 11. Oct.
4.	*Henricus I.*	1183.	1183.	† 4. Dec.
5.	*Henricus II.*	1184.	1211.	† 2. Sept.
6.	*Albero I.*	1211.	1224.	† — —
7.	*Waltmannus*	1224.	1228.	† 6. Aug.
8.	*Henricus III.*	1228.	1236.	† 14. Jan.
9.	*Conradus I.*	1236.	1239.	cessit s. resignavit.
10.	*Albero II.*	1239.	1252.	resignavit.
11.	*Fridericus I.* de Prüfening . .	1252.	post duas hebdomadas cessit.	
12.	*Henricus IV.*, cognom. *Cuspinian.*	1252.	post medium annum cessit.	
13.	*Conradus II. Schönhaintz.* . . .	1252.	post 4 menses cessit.	
14.	*Dietricus* de Runding. . . .	1252.	1264.	resignavit, anno 1283 adhuc in vivis.
15.	*Henricus V.* dictus *Kutzel* s. *Kautzel*, de Prül.	1264.	1267.	resignavit.

		incepit	desiit	
16.	*Eberhardus*	1267.	1270.	† — —
17.	*Wernherus I.* ex St. Emmeram. Ratisbonae.	1270.	1271.	Abbas factus in *Prüfening*, et ao. 1279 in loco Professionis, ubi † 13. Jan. 1292.
18.	*Wernherus II.*	1271.	1293.	Posthac (1300) Abbas in *Münster*, et 1304 in *Ensdorf*, ubi † 1308.
19.	*Gerungus* de Buchersdorf, ex congregatione Reichenbac., antea Abbas in Weltenburg.	1293.	1295.	Resign. et † 9. Sept.
20.	*Henricus VI.*, antea Abbas in Mallerstorf.	1295.	1301.	resign.
21.	*Hermannus* de Oberaltach.	1301.	1303.	† 6. Nov.
22.	*Otto I. Bertoldshofer.*	1303.	1319.	† 4. May.
23.	*Fridericus II. Heinrichsreuter*, Ludovico Bavaro Imp. a confessionibus et per Monachos e monasterio suo deductos Primicerius monasterii *Ettal.*	1319.	1346.	† 1. Decemb.
24.	*Henricus VII.*, dictus *Honhaimer*	1347.	1356.	resign. et †
25.	*Conradus III. Perchtoltzhofer*	1358.	1388.	† 16. Mart.
26.	*Conradus IV.*, dictus *Ratzenberger.*	1388.	1394.	resignavit.
27.	*Joannes I.* dictus *Stralenuelsär (Stralnvelser.)*	1394.	1417.	† 14. Jan.
28.	*Lazarus Krezel* s. *Chraxel.*	1417.	1418.	resignavit.
29.	*Thiemo (Thymo) de Stein* s. *Steiner.*	1418.	1431.	† — —

	incepit	desiit	
30. *Engelhardus* de Murach, cognomine *Sartoris.*	1431,	1436.	† — —
31. *Joannes II.* de Falkenstein, primus [illegible]	1436.	1461.	† — —
32. *Georgius Dorner.*	1461.	1473.	† — —
33. *Conradus V. Hueber.*	1473.	1480.	resign. et †. —
34. *Petrus Münzer*, ex Norimberga.	1480.	1509.	resign. et † 25. Sept. 1512.
35. *Leonardus.*	1509.	1514.	depositus. † 1517.
36. *Fridericus II. Brentel* s. *Prentell*, Abbas Ensdorfens. et Reichenbacensis.	1514.	1517.	resignavit. † Ensdorfii 25. Nov. 1520.
37. *Otto II. Schwarz*, ex Auerbach.	1517.	1536.	† — —
38. *Stephan. Treutlinger.*	1536.	1545.	Abiit Prüfeningam.
39. *Simon Choler*, ab anno 1543 Administrator.	1545.	1548.	† — —
40. *Michael Kazbeck* s. *Kazbeg*, auctor Catalogi Abbatum praedecessorum suorum a Bruschio carmine redditi.	1548.	1556.	Post secularisationem primus factus Monasterii Administrator acatholicus. † post 1564.

* Facta ao. 1660 Monasterii restitutione Abbates S. Emmerami *Coelestinus Vogl et Ignatius Trauner* Administratores simul erant monasterii Reichenbach.

41. *Odilo Mayrhofer*, Novemburg. Palat. accersitus ex S. Emmer. Ratisbonae, primus post restaurationem h. l. Abbas.	1695. 11. Sept.	1698.	† — —
42. *Bonaventura Oberhuber*, Traunsteinensis. Bavar., professus in Tegernsee, I. u. Dr. ac Abbas Ensdorfensis 1695.	1699. 5. Jun.	1735.	† 2. Jan.

		incepit	desiit	
43.	*Jo. Evang. Müller*, Novemb. Palat.	1735.	1735.	† 21. April. 21. Jan.
44.	*Petrus II. Pesl*, Gerbetshofens. Palat.	1735.	1738.	† 18. Febr.
45.	*Placidus Göschl*, Amberg. Palat.	1738.	1745.	† 21. May. 21. April.
46.	*Jacobus Diener*, Amberg. Palat.	1745.	1752.	† 19. Octob.
47.	*Gregor. Haimerl*, Rettenbacensis Bojus.	1752.	1773.	† 12. August. 23. Nov.
48.	*Augustinus Meindl*, Hirschav. Palat.	1773.	1801.	† 16. Sept. 14. Sept.
49.	(et ultimus) *Marianus Neumüller*, Auerbacens. Palat.	1801.	degit adhuc Ambergae	10. Nov.

MONUMENTA

MONASTERII REICHENBACH.

Num. I. *Narratio de fundatione Monasterii Reichenbach ao.* 1118. *Ex cod. tradit. vid. Mon. Boic. XIV.* 406. *num.* 2.

In nomine. Sancte. et indivisue Trinitatis. Incipiunt. Privilegia. Prediorum. ad. Sanctam. Mariam. in. Reichenbach. pertinentium. vel Possessionum. Mancipiorum. Ministerialium. et aliorum. Bonorum. quae. idem. monasterium. legitime. possidet. concessione. Pontificum. liberalitate. Principum. oblatione. fidelium. aut aliis justis modis. largiente. Domino. adepta. continet. in. perpetuum. ad sustentationem. fratrum. inibi. Deo fideliter. servientium.

AB initio nascentis ecclesie pia cepit institutio scilicet ad honorem dei ecclesias facere. factas adiuuare fideliter enim tenetur quod per elemosinas ac bona temporalia fidei merito celestia comparentur. Hac. spe et imitatione *Marchio Diepaldus.* diues prepotens ac nobilis rogatu matris sue *Leukardis. consensu vxoris sue Adalhaidis.* liberorum que suorum Ipontanea concessione locum in *Reychenbach* quem hereditario successionis iure possederat. deo sancteque et intemerate dei genitrici perpetue virgini Marie optulit. ecclesiam fundauit monastice religionis fratres secundum Regulam Sancti Benedicti Abbatis instituit. ac sic seruicium dei inibi pro posse iniciauit. Eundem vero quem prefati sumus locum Romane libertati subiugauit. ac omnia ad eum pertinentia secundum proprietatem qua ipse possederat in Villis. pratis. piscationibus. siluis. pascuis. cultis. et incultis. et in quibuslibet possessionibus. deo et sancte Marie pro anime sue remedio ac prenominate propinquitatis sue delegauit. Sane ne opus tam bonum sine auctoritate irritum esset et ut detractorum iniuria cessaret. prefatum locum cum omnibus possessionibus suis in manum cuiusdam nobilis viri

 no-

nomine *Gotfridi de Werde delegauit et eodem Viro cum* Venerabili *Erchengero ipſius loci Abbate* Romam miſſo apoſtolice defenſioni et poteſtati contradidit. Vnde etiam domini Kalixti tunc Romane ſedi preſidentis aſſenſum meruit qui ipſum locum et omnia ad eum pertinentia in apoſtolicam. ſuſcepit defenſionem. ac priuilegy ſui auctoritate in perpetuum corroborauit. Cepit autem loci hujus edificatio. Anno ab incarnatione domini Milleſimo. Centeſimo. Octauo decimo Indictione vndecima. Regnante invictiſſimo *Romanorum Imperatore Heinrico Quarto.* Preſidente *Ratisponenſi Eccleſia Venerabili Hartwico Epiſcopo. Sub Erchengero eiuſdem loci Abbate* :(*)

Num. II. *Hiwisc et ei adiacentia. circ.* 1120. *ex cod. tradit. confr. Mon. Boic. XIV.* 408. *num.* 4.

NOtum eſſe volumus Vniuerſitati fidelium qualiter *Marchio Dietpaldus* ad amplianda ſibi pietatis merita res Monaſtery quod fundauerat ſcilicet *Reichenbach* omnimodo curauit ampliare ~ Qua propter *vxoris ſue Adalheidis et liberorum* ſuorum conſenſu poſſeſſiones quas habuit in regione que dicitur *Hewiſck* deo et Sancte Marie in eodem quem prediximus loco videlicet *Richenbach* pro remedio anime ſue et predicte propinquitatis ſue Jure quo ipſe ea poſſederat contradidit. Quarum nomina hec ſunt. *Ilſwank.* et quicquid iuris habebat in eadem Eccleſia. *Kechinwanch. Horiginſe. Seifridiſhof. Pucinisperch, Stokah Pecinberch.* iiij. manſos. *Iſinrichiſrut.* iii. *Harde* ii. *Hermanniſdorf.* ii. *Wopintal.* ii. *Lininhof.* vnus. beneficium vnum. *Sauernheim. Vrinſwinchil* mansus vnus. Hos vero miniſteriales delegauit *Fridericum de Pluliſrut.* cum ſuo beneficio ſcilicet *Pluliſrut* et *Salha. Perinhardum de Lininhof. Sororem ipsius*

*) Hanc primam notitiam sequitur altera, quae in Mon. Boic. XIV. 407. n. 3. impressa hic non repetitur; solummodo iuvat annotare istam secundam notitiam hanc in cod. tradit. habere inscriptionem rubra stiptam tinctura: Richinbach et ei adiacentia.

ipſius Tutam cum omnibus que habebant iure hereditario. Tradidit etiam preterea cum delegatione Beneficia omnium miniſterialium suorum. in eadem regione videlicet *Hiwiſck.* qui vel ſine herede obierint vel alienas vxores ducendo de ſua poteſtate exheredando deceſſerint. Huius delegationis teſtes ſunt. auribus tracti more bawarico. *Vdalricus de Wolfſtain. Gotefridus de Werde. Pertholdus de Schaminhobt. Altmannus de Mozzingen. Altmannus de Siginburch. Albin de Brunnin. et Adalbertus frater eius Riwinus de Voheburch Rudegerus frater eius. Adalpertus de Suzinbach. Mezingoz de Rorbach. Hartmannus de Heiminhof* et frater eius *Trumunt.* Et aly quam plures. *)

Num. III. *Protectorium Calixti (II) Papae. ao.* 1122. *Ex cod. tradit. et libro cop. ao.* 1402.

CALIXTVS. EPISCOPVS. SERVUS. SERVORUm. DEI DILECTO. Filio ERCHENGERO. ABBatI. monaſterii ſancte Marie quod in ratisponenſi epiſcopatu apud Richinbach ſitum eſt. eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis. effectu debet proſequente compleri. Eapropter dilecte in Chriſto fili *erchingere* Abbas. poſtulationi tue annuendum cenſuimus. et beate Marie cui deo auctore preſides monaſterium quod á probo viro *Diupoldo* marchione et uxore ipſius *adELheide* fundatum. et beato Petro eiuſque ſancte romane eccleſie oblatum eſt. ſedis apoſtolice patrocinio communimus Praeſentis igitur decreti pagina apoſtolica auctoritate ſtatuimus. ut poſſeſſiones et bona omnia que idem monaſterium in preſenti legitime poſſidet. ſive in futurum conceſſione pontificum liberalitate principum. oblatione fidelium. aut aliis iuſtis modis largiente domino poterit adipiſci. firma tibi tuiſque ſucceſſoribus et integra conſerventur. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat. predictum monaſterium temere perturbare. aut eius poſſeſſiones aufetre. vel ablatas retinere. minuere.

vel

*) Adalheidis uxor I^ma^ fundatoris obiit anno 1127. 26. Mart.

vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia ut dictum est integra conserventur. eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci Abbate. vel tuorum quolibet successorum. nullus ibi qualibet subreptionis astutia. seu violentia praeponatur. nisi quem fratres communi consensu. vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem. et beati Benedicti regulam elegerint. Hoc ipsum et de advocati constitutione precipimus. qui tamen advocatus. si fratribus gravis. et monasterio inutilis fuerit. amoto eo. alius substituatur. Sane abbatis benedictionem. altarium consecrationem. monachorum ordinationes ab episcopo in cuius estis dioceſi accipietis. siquidem gratiam et communionem apostolice sedis habuerit. et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire antistitem. et eadem Sacramenta ab eo suscipere. Sepulturam quoque ipsius loci omnino liberam esse censemus. ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme voluntati nisi forte excommunicati sint. nullus obsistat. Salvo in omnibus dioceſani episcopi iure ac reverentia. Ad indicium autem percepte huius á Romana eccleſia libertatis. aureum unum quotannis lateranenſi palatio persolvetis. quemadmodum et á predicto marchione *diupaldo* constitutum est. Si qua igitur in futurum eccleſiastica. secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens. contra eam temere venire temtaverit. secundo. tertiove commonita. si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et á sacratissimo corpore ác sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus. sit pax domini nostri iesu christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Laterani VIIII. Kalend Aprilis Indictione XIV. Incarnationis dominice anno Millesº CºXXºIIº Pontificatus autem domini Calixti secundi Papae anno IIIIº

Num.

Num. IV. (*Traditio praedii censualis*) *circ.* 1122. *Ex Cod. tradit.*

ERCHENGEUS$_0$ DEI GRATIA$_0$ ABBAS$_0$ IN RICHINBACH^0 Varius eventus exigit. ut facta priorum absque errore transmissa excipiat prudens cautela posterorum. Itaque omnibus notum esse volumus qualiter quidam deo deuotus Azelinus nomine predium. quod *vicus sancte Marie* dicitur. permissione *diepaldi* Marchionis. per manum cuiusdam trutwini ministerialis eiusdem Marchionis. jure quo ipse possederat. deo sancteque Marie in Richinbach contradidit. eo scilicet pacto. ut usum predii ipse azelinus suique posteri libere possideant. sed XXX denarios predicte ecclesie Richinbach singulis annis persolvant. Ut autem hec rata permaneant. nullusque successorum nostrorum hanc constitutionem infringere valeat. litteris presentibus *sigilli nostri* impressione signatis. id ei suisque posteris confirmanus. testes sunt *Trutwinus de hiwisch. Azelinus et filius eius fridericus de vico sanctae Mariae. Hartannus de haimenhoven. et filius eius pernhardus. et sigeboldus de Zand.*

Num. V. *Conventio ob matrimonia servorum inter Abb. Reichenb. et pleban. de Persen. circ. ao.* 1122. *ante* 1125. *ex cod. tradit.*

Erchengerus dei gratia abbas in richinbach. Propter communes utilitates et canonum auctoritates. et legum concedunt institutiones. ut in rebus ecclesiarum quelibet commutationes. (fiant). Eapropter omnium tam futurorum. quam presentium noverit industria. qualiter nos communi fratrum nostrorum consilio. cum *Oudalrico* dilecto nostro venerabili parrochiano de *perfin.* de matrimonio quarundam personarum. scilicet mancipiorum ecclesiarum nostrarum convenimus. videlicet ut Adilheit que est ecclesie nostre tradatur legitima copulatione Heinrico qui pertinet ad ecclesiam in *Swerzinvelt*. Hanc autem inde fecimus conditionem ut liberos eorum dividamus excepto primogenito qui extra partem matris sequitur conditionem. Ut autem

autem hec inposterum maneant inconvulsa presentes inde litteras contradimus. et sigillo nostro communimus. Acta sunt hec utriusque ecclesie advocati concessione.

Num. VI. (*Donatio praedii*) *ao.* 1125. *circ.* 27. *Sept. ex Cod. trad. confr. Mon. Boic. XIV.* 411. *ao.* 6.

BOna facta auctoritate debent confirmari. Nam de occultis iudicare. de incertis diffinire vtrumque est difficile. Qua propter notum esse volumus omnibus tam futuris quam presentibus. qualiter *Richza ducissa de Boemia* liberorum suorum consensu. predium superius et Inferius *Aspach* tradidit. *Sancte Marie in Reichenbach* et per manum *Dietpaldi Marchionis* delegavit ad vsus fratrum inibi deo famulancium in perpetuum. Testes sunt huius donationis *Pertholdus de Swarczinburch. Adalpertus de Holensteine. Fridericus de Lutenbach. Rudolfus de Craine. Adeldegen de Wenebach. Eberhardus de gingen. Adalpertus de Hohenwalde. Volmar de Wurmriske. Rudegerus de Rumptingen. Arinwicus de Wocilindorff. Ludewicus de Napurch. Otto de Kampe.* et filius eius *Otto Riwinus de Voheburch. Gotefridus de Wetternuelt. et Regemboto frater eius. Adalpertus de Suzinbach. Otto de Rumptingen. Isinrich de Wichilsdorf. et filius eius pertholdus et frater eius de Hametingen. Megingoz de Welstingen. Dietpaldus de Kamberdorf. Vdalricus de Vicilingin. Wolfram de Taeskingin. et frater eius Kunradus Pertholdus et Immo de pomptingen. Witoldus de Türdelingen. Rupertus de Sundingen. Rahewinus de Kazbach.* Et aly quam plures *)

Num.

*) E. m. Aspach. Caeterum Richza Ducissa Bohemiae hic memorata obiit 1125. 27. Sept. cnfr. Cosmas Pragens. ao. 1125. et Necrologium Zwifalt apud Hess. Mon. guelf. 238.

Hanc notitiam sequitur illa, quae habetur Mon. Boic. XIV. 412. num. 7., cui manus saeculi XIV. incipientis sive circ. 1300. haec in margine addidit: Hic nihil habemus.

Num. VII. (*Traditio, facta Monasterio Reichenbach.*) *circ.* 1125. *ex Cod. trad. confr. Mon. Boic. XIV.* 412. *num.* 8.

NOtum ſit Vniuerſitati Fidelium quoniam *Marchio Dietpaldus* tradidit Sancte Marie in *Reichenbach* pro remedio anime ſue predium *Reginbotonis de Nappurch miniſterialis* ſui nomine *Steinbach* et hoc ipſius petitione. Teſtes ſunt *Vdalricus de Egere et frater eius Pilgrimus. Adalbertus de Suzinbach Adalpertus de Pircha. Otto de Rumtingen. Otto de Chalbezingen. Hartmannus de Heiminhouen* et filius eius *Pernhardus Chunradus de Wacemanneſdorf. Sigebot de Zante. Switkerus de Virſte.* Et aly quam plures *)

Num. VIII. (*Concambium*) *circ.* 1133. *ex Cod. trad. confr. Mon. Boic. XIV.* 414. *n.* 12.

PRopter communem vtilitatem concellum eſt non inconſulte ut fiant commutationes de rebus eccleſiarum. Ea propter noverit omnium tam futurorum quam preſentium induſtria qualiter inter fratres Reichenbachenſes et ſancti-Moniales Patavienſes de quibusdam poſſeſſionibus eccleſiarum ſuarum facte ſunt legitime commutationes fratribus in Reichenbach dantibus ad Eccleſiam Sancti-Monialium in Patauia predium quod habebant in *Rutarin* Sancti-Monialibus vero dantibus ſancte Marie in Reichenbach predium quod habebant in loco qui dicitur *Heitberch*. Teſtes ſunt *Sigeboto de Porinheim Rudolfus de Vureholze Meginhardus Patauienſis miniſterialis ſanctimonialium Tiemo de Pugenperge. Ekkehart miniſterialis Sanctimonalium* et filius eius *Adalpertus. Marcwardus* et frater eius *Rapoto de Vrlugeſperge. Adalbero de Vfhoſen* et filius eius *Meginhalmus. Marquardus de Rore.*

Num.

*) Sequntur in cod. tradit. notitiae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 413. 414. num. 9. 10. et 11; sed numeris 10. et 11. manus alia circ. 1300. in margine addidit: Hic nichil habemus.

Num. IX. *(Altera notitia de eodem concambio) circ.* 1133. *ex Cod. trad. confr. Mon. Boic. XIV. 415. n. 13.*

QVicquid iuste fit. iuste determinari debet, Nam veritati congruum est ut cedat omnis contradictio. Quapropter notum sit omnibus qualiter commutationes quorundam prediorum fratrum in Reichenbach et sanctimonialium in Patauia confirmate sunt per Aduocatos vtriusque ecclesie. Denique Marchio *Dietpaldus* Aduocatus in Richenbach delegauit *Gebehardo Comiti de Sultzbach* aduocato sanctimonialium predictarum dimidium mansum in loco qui dicitur *Rütarn* in proprietatem ecclesie prenominate scilicet sanctimonialium et recepit prenominatus Marchio ab Aduocato Patauiensi Gebehardo prenominato possessiones quasdam in loco qui dicitur *Heitperch* in proprietatem ecclesie Richenbachensis. Hee delegationes facte sunt aput Chambe petitione *Erchengeri Abbatis* in Richenbach et *Mathildis Abbatisse Patauiensis* communi subiectorum suorum consilio. Testes sunt *Wichnant de Hasilbach Erchinbertus de Altindorf. Adalbero de Tumprunnen. Willihalm de Geppenheim. Erchenbertus de Hanenbach. Gelfrat de Chrüsin Sigeboto de Turndorf.* Et aly quam plures.

Num. X. *(Privilegium fundatoris) ao.* 1135. *Ex libro copiali anni* 1402.

INnomine Sancte et Indiuidue Trinitatis *Diepaldus diuina gratia Marchio de Voheburch* Patrum auctoritate sanctorum et exemplo antecessorum nostrorum principum in hoc gratiam dei nos promereri posse didicimus si deuoti seruicio insistamus. uel etiamsi hys qui insistere vol unt facultatem ad hoc nostro assensu uel auxilio prebeamus. Hac itaque nos imitatione ac matris nostre *Leukardis* et uxoris nostre *Adelheidis* petitione lieberorumque nostrorum concessione nostre et eorum saluti prospicientes in possessione nostra *Reichenbach* fratres monastici ordinis instituimus ac eorum necessarys quantum de nostro potuimus prouidere curauimus, Consilio autem domini *Erchengeri* Abbatis quem

libera

libere fratrum eiusdem loci electione virum secundum cor nostrum habemus eundem locum in manus cuiusdam nobilis Viri *Gotfridi de Werd* delegauimus quem etiam cum ipso *Erchengero Abbate* ad dominum *Kalixtum* papam direximus et ei ac sancto Petro eandem nostram possessionem Reichenbach cum omnibus ad eundem locum pertinentibus assignauimus Qui nostram oblationem clementer suscipiens, ac nostre petitioni in omnibus satisfaciens quecumque iura postulauimus prefato loco gratanter concessit ac priuilegii sui auctoritate in perpetuum corroborauit. Sed quoniam nostrum est. ut sepedictum locum in omnibus honoremus quitquid iustitie ipsi concessimus atque a domino apostolico impetrauimus litteris sigillo nostro firmatis liberis quoque nostris. ac omni nostre posteritati relinquere vtile iudicauimus, quos in hoc nobis optamus vere fidei heredes. vt exemplo nostre paterne deuotionis ad Idem monasterium semper conuertant omnem suum affectum: Porro hec sunt que concedimus. scilicet ut quilibet ministerialium nostrorum predia, mancipia, uel quecumque hereditario iure possederit sancte Marie in Reichenbach conferendi liberam potestatem habeant quod etiam hominibus nostris tam diuitibus quam pauperibus uel adhuc quoque nostris ministerialibus qui nostris predys beneficiati sunt. eque concedimus ut scilicet eidem monasterio quodlibet beneficium libere conferant. De cetero Aduocatiam loci Domino Kalixto apostolico assignauimus quam ipse secundum nostram petitionem Erchengero Abbati suisque successoribus in perpetuum commisit. ut sicut eis iuxta vtilitatem loci visum fuerit uel nobis uel cuilibet filiorum uel heredum nostrorum uel si propter importunitatem nostram aliud visum fuerit cuivis homini eam committendi habeant potestatem. Qui etiam constitutus si monasterio gratis aut inutilis extiterit ipsum amouendi et alium accipiendi eque liberam habeant facultatem. Quelibet iura Marchie nostre remisimus in omnibus possessionibus. quas idem locus in presenti possidet. uel oblatione fidelium deinceps possidere potuerit. Huius nostre Constitutionis testes sunt. *Otto Prefectus de Stauff Filius eius Heinricus. Fridericus Aduocatus Vdalricus de Wolfsfeld. Erchinbertus de Altendorf. Pertholdus de Scammhaubt. Gebehardus de Hittinburche. Altmannus de Siginburch. Eppo de*

de Ebirmuntisdorf. Fridricus de Rörbach. Vdalricus de Ehkirchin. Cunradus de Raytenbuch. Ludewicus de Nappuroh. Gotfridus de Weternuelt. et *frater eius Heinricus Span. Adalbertus de Susenbach. Waldo de olve.* Et aly quam plures Data in Reichenbach in presentia domini Heinrici venerabilis Ratisponensis Ecclesie Episcopi. Anno dominice Incarnationis Millesimo Centesimo. Tricesimo Quinto. Regnante invictissimo Romanorum Rege Lothario. Ipso die dedicationis Monastery in Reichenbach Que facta est xvij Kalendas July. In honore Sanctissime dei genitricis Marie.

Num. XI. *(Dedicationis die Recapitulatio priorum et adiectio aliorum prediorum) ao.* 1135. *Ex Cod. trad. collato cum libro copiali anni* 1402. *confr. Mon. Boic. XIV.* 409. *n.* 5.

QVoniam triplex funiculus non facile rumpitur fructuosum videtur iterando res firmare. quarum cognitio posterorum utilitati potest prouidere, Notum sit itaque vniuersitati fidelium qualiter *Marchio Diepaldus rogatu Erchengeri Abbatis* fratrumque suorum in die dedicationis monastery Reichenbach. delegationem Prediorum que prius dederat in presentia domini *henrici venerabilis Ratisponensis Ecclesie Pontificis* curauit iterando et renouando confirmare et in aliquibus ampliare Numerum vero omnium que uel prius dederat uel tunc adiunxit hic annotare studuimus. Ipsum locum scilicet *Reichenbach.* et omnia ad eum pertinentia predia ministeriales. et ipsorum beneficia mancipia et alia omnia sicut ipse ea possederat In regione quoque que Hiwisk dicitur quicquid ibi habebat scilicet predia Ecclesiam in *Hiwankch* beneficia ministerialium suorum qui sine herede obissent, uel per aliena matrimonia exheredassent. et omnia que ibi habebat mancipia In *Sweuia* quoque sita dedit predia hec: *Rudlingen* iure quo ipse habebat Beneficium ministerialis sui Arnolfi de *pinzwangen* scilicet curtile vnum in *Rudlingen* et hoc ipsius resignatu. *Steinkirn* duo curtilia et Ecclesiam Pontem sicut ipse possederat Gotfridus etiam de *Weternuelt* ministerialis ipsius Marchionis *Diepaldi* delegauit eodem die Sancte Marie eiusdem Marchio-

chionis permissione predium suum in *Rithusin* iure perpetuo. Delegauit etiam eodem die Predictus Marchio *Diepaldus* Sancte Marie in Regione *Egere*. *Diepoltzrewt*. *frownrewt*, *Chunrewt*, quod Gotfridus de Wetternuelt. ab Reichenbachensi Abbate Erchengero suscepit in beneficium ea conditione ne aliquis heres uel propinquus ei succedat. Preterea delegauit, *pernrewt*. *Lengeuelt*, *Prunn Gotefridisrewt*. *Sancte Marie Wilere*, Juxta *Kammb Altenmarkct*, In Regione *Rotgowe Chindheim Slupfingen* cum omnibus ad ea pertinentibus et septem vineas. In austria *Holerbrunnen*. *Willolvisdorf*. mansus VII. et vineas tres. *) Preterea delegauit, *Rehewinesrewt Wizinbach*, Huius delegationis testes sunt. Otto Comes de Stauff. et filius eius Heinricus. Fridericus Aduocatus. Vlricus de Wolfstain. Erchenbreth de Altendorf. Perchtoldus de Scamenhobeten. Gebhardus de Hittinburch. Altmannus de Siginburch. Eppo de Ebermuntisdorf. Fridericus de Rorbach. Vdalricus de Ahekirchen Cunradus de Raitenbuch. Ludwicus de Napurch. Gotfridus de Wetternuelt, et frater eius Heinricus Span. Adalbertus de Susenbach. Hartwicus de houedorf. Waldo de owe. Otto de mozzingen. Rachewinus et frater eius Perchtholdus de Snudingen. Et aly quam plures. Acta sunt hec. Anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo. Triccsimo quinto. Regnante Romanorum Rege Lothario sub Heinrico Ratisponensis Ecclesie Episcopo Tempore Erchengeri abbatis Hoc Anno Dedicatum est Monasterium in Reichenbach. a Venerabili Ratisponensi Episcopo prenominato Heinrico xvij Kalendas July in honorem Sancte et perpetue Virginis dei genitricis Marie **)

Num.

*) Locum notatum omittit liber copialis anni 1409. In Codice autem tradit ad marginem ipsius loci manus posterior circ. 1300 notat. Quicquid habuimus in Austria est venditum et habent Kotwigenses.

**) Circa finem eiusdem notitiae manus, de qua mox est dictum, in margine haec addit. Anno domini M°. CCLXXXIIII°. temporibus Heinrici venerabilis episcopi Ratispon. ecclesie et venerabilis Hermanni Abbatis in Reichenbach dubitantibus de dedicatione dicte ecclesie, fractum est altare publicum. nec ab eis altare consecratum. sed anno domini.

Num. XII. *(Delegatio praedii Eiterhoven.) circ.* 1135. *ex Cod. tradit.*

Notum ſit univerſitati fidelium qualiter duo fratres Lutwinus et Fridericus de *eiterhoven* ad conuerſionem venientes in richinbach. idem praedium ſcilicet *eiterhoven* de manibus fideiuſſoris ſui popponis de hertingen receptum delegaverunt in manus ekkeberti de hachſenakcher ad conſervandum uſum eiusdem predii loco et fratribus richinbachenſibus iure perpetuo. Teſtes ſunt poppo de Geltolfingen. ebo longus, et elius ebo. uterque de eiterhoven Megingoz de Wihſi et ipſe poppo de hertingen. et alii quam plures *).

Num. XIII. *(Abnegatio praedii Gemmuntesberge.) circ.* 1135. *Ex Schedula separata Cod. trad. adiecta.*

Notum eſſe volumus quod Oudalricus Herimannus Reginbote et fratres eorum abnegationem fecerunt de predio *Gemmuntesberge.* Teſtes ſunt Cunradus de Rote. Wernhardus et Richerus de Routhowe. Oudalricus de Talmazingen. Fridericus de ſiginheim. Pero de ſiginheim. Gebehardus de Bracbach. Gebehardus de Burbach. Hermannus de Ochersheim. Oudalricus de Kirdorf. Ezelo de Pirche. Otto de Otenbanc. Cunradus de Sweine. Roudwart de Gorbheim. Heinricus de Spilberch.

Num.

M°. CCC II°. reconciliatum est vel potius consecratum à domino Chunrado venerabili episcopo. domino Hermanno abbate providente, In die Sancti Alexii confessoris, adiectis V. altaribus. videticet. Stephani, Nicolai, Sancte crucis, Johannis Baptiste et Sancte Marie Magdalene. Tamen ad petitionem domini venerabilis abbatis in diem Vitæ totius monasterii nostri dedicatio est translata. à Domino Chunrado reverendo episcopo antedicto.

*) In margine addit manus posterior non excedens saec. XIV.: Hoc habent heredes Tymonis civis ratisponensis. quarum ultima defuncta est sub domino Chonrado de Perctolzhofen abbate nostro.

Num. XIV. *(Traditio curiae in Aschach nomine Chrespach.) circ.* 1140. *ex Cod. tradit.*

Notum universitati fidelium. quoniam Marchio *diepaldus* tradidit sancte marie in Richinbach pro remedio anime sue curiam in *Aschach* nomine *Chrespach*. Cum omnibus attinentiis. Ad usus fratrum inibi deo famulantium imperpetuum. Testes sunt gebhardus comes de *Sulzbach*. Meginhardus de *parchstein*. Wichman de hasilbach. Pertoldus de schominhobt. Rudegerus et filius eius Walterus. Waltherus et Heinricus frater eius omnes de Rumtingen. et alii quam plures.

Num. XV. *(Delegatio praedii Pergerdorf.) circ.* 1140. *et a.* 1146. *Ex Cod. tradit.*

Notum sit omnibus qualiter marchio *dietpaldus* delegavit in manus Friderici advocati predium quoddam nomine *pergerdorf* ut post mortem ipsius scilicet marchionis deo et sancte Marie in richinbach contraderet. Quam delegationem ammonitus ab *erchengero* abbate predicti loci in Richinbach prenominatus advocatus Fridericus. post obitum marchionis peregit. Huius delegationis testes sunt. Pabo de Zollingen. Chadoldus de wincire. Haertwic croph. Eberhardus de Sunzingen. Cristan de harland. hartmannus de veltchirchen marquart scerph Wecilo der sahs de valchinstein. et alij quam plures auribus tracti *).

Num. XVI. *(Traditio prediorum etc.) circ.* 1140. *ex Cod. tradit.*

Quoniam per elemosinam omnia fiunt munda. hoc opere misericordie solent redimi peccata. Notum sit itaque universitati fidelium qualiter *heinricus span de voheburch* pro remedio anime sue

*) Manus posterior in margine notat. Nichil i. e. nichil. habemus in eodem loco Pergerdorf. Diepoldus marchio obiit 1146. 6. April.

ſue tradidit deo et ſancte Marie in richinbach. uſum predii quod habuit in *ilmerdorf.* per manum diepaldi marchionis domini ſui. Petitione etiam eiusdem heinrici tradidit predictus marchio diepaldus beneficium eiusdem heinrici *erchinbrehtiſhofen* ad prenominatum locum ſcilicet in Richinbach. Preterea predictus *heinricus* et frater eius ſigeboto tradiderunt per manum marchionis prenominati diepaldi predium quod *Landoltisdorf* *) dicitur, ad uſum fratrum Richinbachenſium iure perpetuo. Teſtes ſunt. *Altmannus de ſiginburch. Riwinus de voheburch. Cunradus de wenenbach Swikerus piſcator. Gotefridus de weterenwelt. Adalpertus de Suzinbach. Otto de Kambe* et alii quam plures **)

Num. XVII. *(Delegationes praediorum.) circ.* 1150. *ex Cod. trad. et libr. Cop. an.* 1402.

Notum eſſe volumus univerſitati fidelium qualiter tres Fratres ſcilicet *Pruno Ludewicus. Rudegerus. de willinhof* tradiderunt deo et ſancte Marie in *Richinbach* partem ſuam de predio quod habebant in *piſſchofeſdorf* delegantes in manum *Irinfridi de Swerzinfelt.* Idem vero predictus *Irinfridus* petitione *Erchingeri abbatis* in Richinbach prenominatum predium *piſſchofesdorf* delegavit in manus *Regingeri de tegemſperge* ad conſervandum uſum eiusdem predii utilitati fratrum in Richinbach. Delegavit *irinfridus* etiam in manus eiusdem Regingeri predium quod dicitur *Weidintal* quod dederat deo et ſancte Marie in Richinbach *Giſilbertus* de predicto loco ſcilicet *Wedintal.* Teſtes ſunt *Gebehardus et Marcwardus frater eius de lukinberge. Hertnidus de ſmidegademe. Oudalricus de eberhuntisdorf. Adalbero de Rakindorf. Egelolf de-wopinruit. Adalbertus de lezenruit. Hartnidus de tuiren. Conradus de wolfheringen. Otto de*

*) Cnfr. Pez cod. epist. n. XCVI. p. 773.

**) Sequntur in codice tradit. notitiae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 415. — 417. num. 14. — 17.; sed numero 15. manus posterior addit: Nihil i. h. e. in loco Judenowe nichil possidemus.

de affolterin. Rudegerus. et Adalbertus frater eius de rumtingen. Eppo de ebermuntisdorf. Oudalricus de hafilbach. Irinfridus de ſwarzinvelt. et filius eius Irinfridus. Otto de tegemniſſperge. Gozwinus. Adalbero Wolframus. Theodericus. Wichmannus. Marchwardus. omnes de napurch. *Werinherus de Waltingen.* Tuto et frater eius *Manegoldus de Knellingen Erinfridus de Keminatin.* et alii quam plures.

Num. XVIII. *Delegatio praedii Kleſsperch. circ.* 1150. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus qualiter Adalheidis quedam delegavit predium ſuum quod habuit *Kleſſperch* in manus cuiusdam *Oudalſcalci de perenrvit* adconſervandum uſum eius. deo et ſançte Mariae in Richinbach. Teſtes ſunt *Adalbertus de ſuzinbach. Otto de Kampe Otto de Rumtingen. Werinherus de hohſtet Hartmannus de heimenhof.* et alii quam plures *).

Num. XIX. *Traditio praedii. circ.* 1160. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus qualiter quidam hazzo de Chollingen delegationem predii ſui quod *pucilingen* vocatur recepit de manu cuiusdam Maginiſonis de warmundisdorf et tradidit in manus Tiemonis de Regilſmeizi ad conſervandum uſum eiusdem predii deo et ſancte Marie in Richinbach. Teſtes ſunt. Rehewin de Kazbach. Iſinrich de Wichilſdorf. Pertoldus. et filius eius. Riwinus. Haertwicus de wilimptingen Wilhehart de turdelingin. Megingoz. Gotebolt Witolt filius eius. Megingoz et Haertwicus frater eius de vilzingen Immo et Riwinus de pomtingen. Wolframus de teſkingen. ſwideger de Gru-

*) In margine notatur: Nichil i. e. nihil in Klefsperch habemus.

Hanc notitiam in cod. tradit. excipiunt illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 417. 418. num. 18. et 19.; sed numero 19 in margine additur sequens nota: venditum est, scilicet praedium *Pheterprunnen.*

be. Othmar. Rizman de Lobeneke. Rapoto de Hampe. Oudalricus de Grube. Marchart de nuiven *).

Num. XX. *Delegatio Proprietatis in Nappurch. circ.* 1160. *Ex Cod. tradit. et ex libro copiali anni* 1402. *confr. Mon. Boic. XIV.* 420. *n.* 22.

NOtum ſit omnibus tam Futuris quam preſentibus qualiter. *Götefridus de Weternuelt* conſenſu *Pertholdi Marchionis* et in eius preſentia delegauit deo et ſancte Marie in Reichenbach. quicquid habuit in *Nappurch* iure hereditario. delegatione legittima. Confirmatum eſt etiam coram predicto Marchione ne vel ipſe *Erchingerus eiuſdem loci Abbas* uel aliquis ei ſuccedens aliqua ratione dono uel beneficio prenominatum predium valeat| vllibus fratrum in Reichenbach alienare. Huius delegationis teſtes ſunt., *Purchardus de Steine. Pertholdus de nuwenburch. Adalbertus de Suſsinbach. Walthertus de Rumtingen. Rudegerus et. Gotefridus frater de Voheburch Gebolfus de Hohinheim. Fridericus de Regnizi. Helmerich de nuwenburch. Ortwinus de Hergoltiſhuſin. Heinricus de Amedes frater Rudolfi* Comitis et miniſterialis. *Adalbertns de Waltingen Riwinus de Wichilſtorf. Chunradus de Akhere Pertoldus de Rumtingen* **)

Num. XXI. *Delegatio praedii circ.* 1160. *Ex Cod. tradit.*

NOtum ſit uniuerſitati fidelium qualiter *Oudalricus Gnaneiſt* pro remedio anime fratris ſui herwici tradidit deo et ſancte Ma-

*) Istam notitiam in cod. tradit. excipiunt illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 418 419. num 20. 21.; sed ad marginem numeri istius 20. legitur: Istae curiae datae sunt pro ecclesia in Steinheim.

**) Hanc notitiam in cod. tradit. sequuntur illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 420. 421. num. 23 — 26.; sed ad marginem numeri istius 23. notatur: Nichil h. e. in gramannishof nichil habet monasterium.

Marie in richinbach usum predii sui quod dicitur *Zullindorf.* donec per fideiussorem suum iustam confirmaret delegationem. Testes sunt. *Oudalricus. Per. Aringis. Rudolf. diepaldus. Otto. Heinricus. Merbot Oudalrich filius herwici. omnes de Kambe Gerhart de steveningen. Gotefridus de prunleit. Oudalricus alwere. Rudeger de heitstein* *).

Num. XXII. *Delegatio praedii Mistilperch. circ.* 1160. *Ex Cod. tradit.*

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus qualiter Marchwardus de nuwenmarchet delegationem predii sui quod dicitur *mistilberch* et situm est apud *valchinstein* de manibus *Gebehardi de phasinswant* receptam delegavit in manus *volchmari de nuwenchirchin.* ad conservandum usum eiusdem predii deo et sancte Marie in *Richinbach.* Testes sunt. *Gozbertus de trubinbach. Snelbrant de phasinswant. Megingoz de wolfhartisdorf Gebehardus de phasinswant* **)

Num. XXIII. *Traditio praedii in Aeceliniscelle. Circ.* 1165. *ex Cod. tradit.*

Noverint omnes tam futuri quam presentes qualiter *adalbertus de vruntherstorf.* tradidit deo et sancte Marie in richinbach pro anima patris sui. usum predii sui in *aeceliniscelle.* donec per fideiussorem suum iustam perficeret delegationem. Testes sunt *Adalbertus de suzinbach Theodericus de prunirdorf. Meginhardus de danckolfestorf.* et filius eius meginhardus

*) Ad marginem manus posterior circ. 1300. notat: Nichil h. e. in loco Zullindorf nichil hoc tempore possidet monasterium Reichenbach.

**) Manus circ. 1300. in margine notat: Hoc habent Michelspergerii pro feodo.

Hanc notitiam in cod. tradit. excipit illa, quae habetur Mon. Boic. XIV. 422. num. 27., cui tamen numero in margine nota additur: Nichil, h. e. in Hezilisruht nichil possidemus.

dus. *gotefridus de Suzinbach. Eberwin de phafinruht* et alii quam plures *).

Num. XXIV. *Emptio praedii in Denchilingen. circ.* 1165. *ex Cod. tradit.*

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus qualiter *Erchingerus* Abbas in richinbach á *dietmaro de rote* et á liberis eius omnibus predium quod habebat in *denchilingen* datis talentis XX. comparavit. Sane predictus dietmarus ac liberi eius iuſta petitione eiusdem ſui predii delegationem á *chunone de rote et ſigehardo fratre* ſuo á legatoribus ſuis receperunt et in manus *ſwigeri de Zidilarn* delegaverunt. deo et ſancte Marie in richinbach conſervandum ac ſecundum petitionem prenominati erchengeri abbatis. omnia legitime confirmaverunt. Teſtes ſunt *Pabo de Lutirhoſen. Oudalricus de Emichinzella. Oudalricus de outinhoven. fridericus de rorbach. Perngoldus de ratilndorf. Sigardus cleine. Meginhardus de danchelfisdorf. Gotepoldus de chogil Chuno de rote. Ruthlant de buchſe. Erchinbreckt de bernſtain. Walterus de wolferingen. Oudalricus de bulzein. fridericus boumaaz Gerwich de pilingen. Adilbertus de rutin. Megingotus de reine. Reginboto de wazimanisdorf. Fridericus et Gotfridus frater eius de walde.* et alii quam plures.

Num. XXV. *Delegatio praedi Gowna. circ.* 1166. Ex *Cod. tradit. et libro copiali anni* 1402. *confr. Mon. Boic. XIV.* 423. *n.* 30.

Ne Marie Vacantis turbetur ocium oportet ut de Marthe laboribus habeat ſuſtentamentum et inde pia cepit conſwetudo

ut

*) Manus alia circ. 1300. in margine addit: Nichil.
Istam notitiam in cod. tradit. excipiunt illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 422. num. 28 et 29.; numero tamen 28. nota talis in margine adiecta est: Hoc habet Burchardus pro beneficio.

ut beniuolentia tam Imperatorum quam aliorum principum adiuuentur res Christi pauperum. Itaque notum esse cupimus Vniuersitati fidelium quod *Fridericus Imperator delegauit* in manus *Pertholdi Marchionis de Vohenburch* predium quod *Gowina* vocatur ad conservandum dei genitrici Sancte Marie in *Reichenbach* cum omnibus que ad idem pertinebant predium iure hereditatis in perpetuum. Hec autem delegatio uel donatio facta est peticione *Chunradi de Wattinhouen* qui idem predium ab Imperatore habebat in beneficio sed acceptis Nouaginta Talentis ab *Erchengero Abbate* eiusdem loci in Reichenbach ius beneficij resignauit. Testes sunt. *Pertholdus Comes de Andechse. Otto palatinus Heinricus de Altindorf. Eberhardus de Frickendorf. Fridericus de Pilriht. Eberhardus de Schorgast. Chunradus pincerna Regis* et frater eius *Ludewicus Rapoto* et frater eius *Chunradus de pilstein. Cunradus de Waetinhouen. Adalbertus Nothaft. Getto de Waltstein. Chonradus* et *Gotefridus fratres de Valchinberch. Arnoldus de Menigen. Pabo de Heitstein* *)

Num. XXVI. *Delegationes praediorum.* circ. 1170.

Ex Cod. tradit.

Quoniam per elemosinam omnia sunt munda ideo credit ecclesia hoc modo dominum placari et peccata dimitti. Quapropter notum esse volumus vniversitati fidelium quod *Rudgerus* et frater eius *Waltherus de Rumtingen* obtulerunt deo et sancte Marie in Richinbach iusta delegatione predium unum in *rebechingen*. et aliud predium in *steinbach* pro remedio animarum suarum ac fratris sui *adalperti*. Testes sunt. *Pabo heitstein. Gotefridus de lengenowe Rudegerus de rumtingen. Adalpertus de rumtingen. Gozpertus de trubinbach. Ludewicus de munstere et perinhart. Rudeger de aich. Rudger de immenstet. Erlewin de Kambe. Adalpertus de hohenheim. Otto de welstin-*

*) Hanc notitiam in cod. tradit. excipiunt illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 423. 424. num. 31. — 33.

ſtingen. Wecil de gartin. Wolfram de napurch et Tiemo Wichman ſenex. Adalbero Vdalrich Eberarn. Salman omnes de napuch. Iſti omnes ſunt etiam teſtes de prato uno in *wichilſ-dorf* quod dederunt deo iidem fratres *Rudegerus* ſcilicet et *Waltherus* et de duobus pratis in *govng* quae dedit *Pabo de heitſtein* et de uno predio in *wilmeringen* quod dedit *Heinricus de Prunnerdorf* *)

Num. XXVII. *Delegatio praedii Vokkinghof.* *circ.* 1173. *Ex Cod. tradit.*

Quoniam qui ſeminat in benedictionibus et de benedictionibus metet vitam eternam. inde eſt quod uſu eccleſie boni ſolent fideles. ad ſuſtentationem Chriſti pauperum dare temporalia. ut ex promiſſione domini centuplum recipiant in ieruſalem ſuperna. Quapropter *Chunradus troſt* delegavit Sancte Marie in Richinbach predium quod dicitur *Vokkinhof.* per manum legatoris ſui *Willehalmi de affoltir.* pro remedio anime ſue ac uxoris ſue Kunigunde in eodem loco ſcilicet *Richinbach* ſepulte. Hoc ut noverit omnis retro generatio eiusdem delegationis teſtes ſunt iſti. *Oudalricus de ſunichingen. Heinricus de pentelingen. Gotefridus. Ekkehardus. de pentelingen. Wolfram de vilcingen. Rudegerus de heitſtein. Liburdus de hage Oudalricus Heinricus. Pernolt. Gerungus.* omnes *de Sunichingen Cunpoldus. Rupertus fratres de Itichoven. Ekkebertus de Kamb. Chunradus de dankolveſtorf. Fridericus de Kalbenberch. Eberwin de altinmarchit. Chunradus de walt. ſigebot. Walchun. Idunch. Salman. adalpertus Walther de Richinbach.* **)

Num.

*) Ad predium Rebechingen in margine manus posterior circ. 1300. addit: Hoc habet gravenwinr pro feodo.

**) Manus posterior circ. 1300. in margine notat: Nichil. h. e. nichil ibi tunc possidebant Reichenbacenses.

Num. XXVIII. *Delegationes praediorum. circ.* 1173. *Ex Cod. tradit.*

Quoniam ſicut humane res ſunt mobiles. ſic etiam et quorundam hominum voluntates. Ideo in factis aliquibus utiliter et conſulte adinvente ſunt teſtamentorum confirmationes. ne aliquando bene facta non bene factas patiantur mutationes. inde eſt quod notum eſſe volumus univerſitati fidelium. quod *petriſſa de moringen Filia Reginbotonis de voheburch* dedit ſancte Marie in Richinbach predium ſuum. ſcilicet curiam unam in *moringen*. et alteram in *tomningen* cum omnibus mancipiis ſuis. facta eſt autem hec delegatio in manu *pertholdi marchionis de Voheburc advocati* eiusdem loci Richinbach. Teſtes ſunt *altmannus de abinſperch. Walther de Voheburch. Fridericus pincerna. Vlricus de pheringen. Hiltprand de tuzingen. Werinher muzan. Hartrart Heinricus de rucholtingen. Willehalmus. Walther de tomningen. Marchuvardus de grunhartishoven. Rehewin de Voheburch. Gerungus de egere. Willehalm milites pincernae. Etich de ilmerdorf. Albertus de buhele. Heinricus Grilli.* et alii quam plures *)

Num. XXIX. *Delegatio praediorum luvelingen et Hawartisdorf. circ.* 1173. *Ex Cod. tradit.*

Cum vere nemo poſſit eſſe fidelis. niſi Ewangelicis ſtudeat obedire mandatis. ſic aliqui ſunt obedientes. ut etiam omnia que habent contempnentes. inter Chriſti diuidant ea pauperes. Hec imitando *Pabo de heitſtein* delegavit in manum *Pertholdi marchionis de voheburch.* predium ſuum *Luvelingen* et *hawartisdorf* ad conſervandum uſum ipſorum prediorum deo et ſancte Marie ad ſuſtentationem fratrum in Richinbach cuius loci idem *marchio pertholdus eſt advocatus.* Teſtes ſunt huius delegationis Eberhardus de vrinchindorf. Altmannus de abinſperch. March-

*) Manus posterior in margine notat: Haec vendita sunt abbati in Münster anno Domini M°.CCCCII°.

Marchwardus de Grunhartishoven. Ortwinus de ergoltishusin. Otto de lengenowi. Fridericus pincerna. Gotefridus de lengenowi. Gerungus de egere. Chuno de liebinstein. Gotefridus de arinswanth. Meginhardus de Kostingen et filius eius meginhardus. Hiltebrandus de sellingen. Heinricus de milthe. Rudegerus de haitstein Gotefridus. Fridericus de Yohebuch. et alii quam plures *)

Num. XXX. *Delegatio praedii Harlungun. circ. 1177. Ex Cod. tradit.*

Sicut iniquus virtuti, sic videtur insipiens contrarius esse sapienti. ideoque cauta debent esse sapientium opera, quia sic omnimodo quę bonis nocere solent precaveri possunt. iniquorum et stultorum scandala. Eapropter notum esse volumus universitati fidelium, quoniam petitione *Cunradi trost* et uxoris eius utae, ac commonitione fidei *Christan de monte sancti Michahelis*, delegavit in manus *Waldonis de Valchenstaine* predium quod vocatur *harlungun* conservandum sancte Marie in Richinbach. et hoc post finem vitę eiusdem Chunradi et uxoris eiusdem predicte Ute. Huius delegationis testes sunt, *Pabo Rudegerus de haitstain. Chunradus trost. Adalbertus de suzinbach. Waldo qui et fideiussor et frater eius Waltherus de valchenstain. Otto de Welstingin. Wicman prepositus Sigeharduſ de vilcingen. Meinhardus de Kostingen. Counradus de taskin. Pertholdus sprinz. Heinricus de Wilmtingen. Rudegerus frater eius. Cunradus de Kostingen. Isinrich de Kacperc. Sigefridus de gravenwise. Fridericus de Zelkindorf. Wolfram. et Hartman. de talkingen. Adilbertus de Gotlingin. Waltherus de musse.* et alii quam plures.

Num.

*) Manus posterior in margine haec addit: Hawartstorf habent Rumptingerii pro feodo. Istam notitiam in cod. tradit excipiunt illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 425. num. 34. et 35.

Num. XXXI. *Traditio praedii Helmprehteshoven. circ.* 1177. *Ex Cod. tradit.*

Notum esse volumus tam futuris quam presentibus. quod quedam mulier ministerialis palatini Pertha nomine predium *helmprehteshoven.* per manus *Baltwini de Swarzenvelt.* deo sancteque Marie fratribus in richinbach perpetuo conservandum condradidit. Huius rei testes sunt. *Ipse Baldwinus. Gotefridus de rorebach Megenhardus de Sazehove. Rudgerus de chaezelineshove. Rubertus de timzunge. Heinricus de napurch. Heinricus de altorf. Konradus de rorebach. Pilgrimus de haziginisdorf. Hertwicus de bremesdorf. Marchardus de napurch. Wolframus de Woceldorf. Hertwicus et Oudilbertus de tanchilisdorf. Fridericus et Heinricus de Kalmberk. Gerungus de buchirdorf.*

Num. XXXII. *Circ.* 1177. *Ex Cod. tradit.*

Notum esse volumus tam futuris quam presentibus quod Gerdrud de Swarzenbach et filia eius Margareta. curtile unum quod est *immendorf* quod possidet Rudegerus recepta delegatione. á fideiussore suo Meinhardo iuniore de parcstein delegavit. in manus Diepaldi de Lukenberc fratribus in Richenbach. et omnibus inibi deo servientibus conservandum. Testes huius rei sunt ipse Megenhardus de parcstein. poppo. Cuno de libenstein. Rupertus de wuzelendorf. Friderich de Kalwenberc. et alii quam plures *)

Num. XXXIII. *Testes super domum et praedium. Circ.* 1177. *Ex Cod. tradit.*

Testes super domum in *Kampe. heinricus de tolnz. Altmanus de abensberc. Pabo de heitstein. Rudegerus de Vohe-*

burc

*) Istam notitiam in cod. tradit. excipit illa, quae habetur Mon. Boic. XIV. 426. num. 36.

burc. Fridericus pincerna. Iidem ſunt teſtes de predio maſka. et inſuper *Wernherus de labere. Rîwînus de adiloltiſhuſin. Wieman prepoſitus de Kampe. Sigehardus de pomflingen. et frater eius. Wimarus. Otto de weſtingen. Adilbertus de Suzinbach. Adilbertus de waltingen. Otto de valkinſtein.* et alii quam plures.

Num. XXXIV. *Teſtes Abdicationis praedii. circ.* 1177. *Ex Cod. tradit.*

Ii ſunt teſtes ubi *adelrammus de warmundiſdorf* fecit abdicationem predii in *wichilſdorf* datis ſibi tribus talentis addito beneficio *Kraneſriut* in manus *Perhtoldi* marchionis et *Reginbotonis* abbatis in *Richinbach. Otto rufus de lengnowe. Pabo de heitſteine Rudegerus de Rumtingen. Rapot de pilſtein. et frater eius Chunradus troſt. Tietericus de nappurk. Wiemannus prepoſitus de Kambe. Rutegerus de wilmtingen. Otto et frater eius Gotiboldus de Wichilsdorf* *)

Num. XXXV. *Oblatio praedii et hominum. circ.* 1177. *Ex Cod. tradit.*

Hos quoque homines dedit *Rhiwinus* cum eodem predio (*wichilſdorf*) ſancte Marie miniſteriali iure tenendos. *Juta Liukart. Irmgart. Helmwich. Perhtolt. cunrat. adilhart. Perhta Mehthilt. Adelheit. Wernher.*

Num. XXXVI. *Dedicatio Eccleſiae. circ.* 1180. *Ex libro copiali ao.* 1402.

Diepaldus dei gratia Patauienſis Epiſcopus. Cunctis Chriſti fidelibus Petitione *Diepaldi* Junioris dedicauimus eccleſiam in

*) E. m. Wichildorf.

in *Ebenöde* que ſita eſt in predio quod ipſe pro remedio anime ſue duobus Cenobijs ſcilicet *Reichenbach* et *Walthſahſin* contradidit. Dedicatione peracta nobis et alijs quam pluribus tam clericorum quam laycorum preſentibus terminum eis impoſuit fluuium qui dicitur Grümbinabi ut neutrum predictorum Clauſtrorum nec in agro nec in Silua ripas eius tranſcenderet ſed flumen illud quaſi quoddam medium omne diſcinderet inter eos litigium. Teſtes *Theodericus Comes de Viethenſtain. Kalhoh de Valkinſtain Ekkart de kuntihof.*

Num. XXXVII. *Teſtes Abdicationis. circ.* 1180. *Ex Cod. tradit.*

Hi ſunt teſtes ubi *Mengotus de trubinbach.* fecit abdicationem de predio fratris ſui *Gozperti.* quod ſitum eſt in *Trubinbach. Snelbrant frater Gozperti Oudalricus de Lintahe. Arnoldus et Chunradus de Outinhart. Wolfher de trubinbach. Gotſalkus de eſkilkambe. Pertholdus de trubinbach. et Hartwicus frater eius Liutoldus de trubinbach. Liupoldus ſervus Gozperti. Manegoldus de Egerta. Liupoldus et Perngerus de lucilingen.* Idem ſunt teſtes de predio in *Grube.* quod emit á domino *Oudalrico de Grube.*

Num. XXXVIII. *Delegatio Curtilis. circ.* 1180. *Ex Cod. tradit.*

Ne vineam naboth iezabelis uſurpent inſidie. facta ſapientium neceſſe eſt omnimodis confirmentur in agnitionem poſterorum. Sciant itaque uniuerſi fideles quod *Diepaldus de Aſt.* curtile unum in *ſidiningen.* delegavit in manus *Oudalrici vicedomini.* conſervándum deo et ſancte Marie in Richinbach in uſum fratrum ſpiritualiter ibi converſantium. Huius delegationis teſtes ſunt: *Diepaldus iam dicti Diepaldi filius. Baldvinus de ſwarzinvelt. Marcvardus de cidelarin Meingoz de reine. Liutwinus de haide. Erinfridus de Ukenpiunde. Wernherus de ratispona. Albertus de Scambach. Wernhardus de haſilbach.*

bach. Erniſt de ratispona. Rapoto de cidelarin. et alii quam plures auribus tracti. Cunradus de Swarzinvelt. Adilpertus de napurc. Chunradus. Wernhardus miles vicedomini. Adilpertus Siuzinbach.

Num. XXXIX. *Delegatio curtis Plaichpach. Circ.* 1140. *Ex Cod. tradit.*

Ne agrum nabaioht iezabelis poſſideat aſtutia. uniuerſitati fidelium annuntiamus, quod *Otto de welſtingin.* conceſſu domini ſui *Pertholdi Marchionis* delegavit deo ſancteque Marie in *Richinbach* per manum *Rabbotonis. de pilſtein.* curtem *plaichbach.* et pratum apud *altinmarchit.* in miniſterium inibi deo ſervientium. Teſtes ſunt. *Altmannus. Eberhardus fratres de abinſperch. Meginhardus de hohenwart. et frater eius Kunradus. Iſinrich. et frater eius Kunradus. Iſinrich. et frater eius Rehwinus de Kazelberg. Waltherus de welſtingin. Dietricus de napurch. Gotefridus de lengenowe. Henricus de nagoztingin. Hiltprandus de moſſe. Gotepoldus et Wichmannus de rumting. Diepaldus. Arnoldus de lengenowe. Marchwardus Aribo de riedarn. Adilpertus de zemting Pertholdus, Heinricus de bountinge* *)

Num. XL. *Protectorium papale. ao.* 1182. *Ex libro copiali ao.* 1402.

Lucius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filijs Rainbotoni Abbati Monaſterij Sancte Marie de Reychenbach, quod in Ratisponenſi Episcopatu ſitum eſt. eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem Vitam profeſſis in perpetuum. Quociens a nobis petitur quod religioni et honeſtati conuenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere et petentium deſiderijs congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in do-

*) E. m. Plaichbach. Pratum in Altinmarcht.

domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et prefatum Monaſterium Sancte marie de Reichenbach in Ratyſponenſi Episcopatu ſitum. a bone memorie Diepaldo Marchione et vxore ſua Adelheide conſtructum. et beato Petro oblatum in quo diuino mancipati eſtis obſequio. ad exemplar felicis recordationis., Calixti pape predeceſſoris noſtri ſub beati Petri tutela et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum deum et beati Benedicti Regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones. quecumque bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte et canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione Regum uel principum oblatione fidelium ſeu alijs iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis. veſtriſque ſucceſſoribus et illibata permaneant. Sane novalium veſtrorum que proprijs manibus aut ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere preſumat Liceat quoque vobis clericos uel laycos e ſeculo fugientes liberos et abſolutos ad conuerſionem recipere et eos abſque contradictione aliqua retinere Prohibemus inſuper ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia niſi arcioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere Diſcedentem vero abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale Interdidictum terre fuerit liceat vobis clauſis ianuis excluſis. excomunicatis et interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce diuina officia celebrare. Pro chriſmate vero oleo ſancto conſecrationibus eccleſiarum ordinationibus clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promouendi ſiue Abbatis deducendo ad ſedem uel quibuſlibet alijs eccleſiaſticis ſacramentis. nullus a vobis aut ſub obtentu conſwetudinis. aut quolibet alio modo quicquam audeat poſtulare. Siquis autem contra hoc venire preſumſerit portionem. cum Jezi ſe nouerit habiturum cuius factum exactione turpis muneris imitatur., Sepulturam preterea ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum deuocioni. et extreme voluntati. qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati

vel

vel interdicti sint nullus obsistat. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet successorum. nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur. nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilij sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Hoc ipsum etiam de Aduocati constitutione precipimus qui tamen aduocatus si fratribus grauis et monasterio inutilis fuerit eo amoto alium loco eius substituendi liberam vobis concedimus facultatem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum Monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et Dyocesani Episcopi consweta iustitia. Ad Indicium autem huius a Romana Ecclesia percepte libertatis aureum Vnum annis singulis nobis nostrisque successoribus persoluetis. quemadmodum a predicto Marchione Dyepaldo noscitur institutum. Siqva igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam. sciens contra eam temere venire temtauerit. secundo. tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sangwine dei et domini nostri ihesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine diuine vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu Christi. Quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Sub-

Subſcriptiones Cardinalium conſenſum prebentes predicte libertati.



Ego Lucius katholice eccleſie Epiſcopus

Cardinales Epiſcopi.

Ego Petrus Tuſculanus Epiſcopus.

Ego Paulus preneſtinus Epiſcopus.

Cardinales preſbiteri.

Ego Petrus preſbiter Cardinalis titulo S. Suſanne

Ego Viuianus preſbiter Cardinalis titulo S. Stephani in Celio monte

Item Ego Cynthinus preſbiter Cardinalis. titulo S. Cecilie

Ego Ardiunus preſbiter Cardinalis Sancte crucis in Jeruſalem.

Cardinales dyaconi ſine titulo

Ego Jacobus Sancte Marie in Coſmydin diaconus cardinalis.

Ego Rainerius dyaconus cardinalis. Sancti Georij ad Velum aureum.

Ego Gratianus ſanctorum Coſme et Damiani dyaconus Cardinalis.

Ego laborans preſbiter Cardinalis. S. Marie tranſtiberim. titulo Calixti.

Datum Velletrie per manum Alberti Sancte Romane Eccleſie Preſbiteri Cardinalis et Cancellarij octauo decimo Kalendas May. Indictione Quintadecima. Incarnationis dominice Anno Milleſimo. Centeſimo lxxx ſecundo Pontificatus uero Lucij pape iij Anno PRimo.

Num.

Num. XLI. *Pretectorium Imperatoris Friderici I. ao.* 1182. *Ex libro copiali ao.* 1402.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Fridericus* diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus., Ad eterni regni premium et ad temporalis imperij incrementum et aput regem regum nobis proficere non ambigimus si ecclesijs iura earum conseruando et ipsas contra indebitas oppressiones manutenendo salubriter prouideamus Vniuersis Christi igitur fidelibus. tam presentis quam post future etatis Notum esse volumus. quod diuine remunerationis intuitu Monasterium in Reychenbach in honore Sancte virginis Marie constructum cum personis inibi deo famulantibus et Vniuersis bonis et villis ei adtinentibus habitis et habendis in nostre maiestatis protectione suscepimus ne qua persona secularis uel ecclesiastica eos molestare uel aliquomodo aggrauare presumat Imperialis iussionis auctoritate inhibentes. Quarundam autem nomina villarum in sequentibus duximus exprimere. Videlicet ea primum que fundator loci Diepaldus Marchio de *vohenburch* eidem contulit Monasterio. Reychenbach et predia ad eum pertinentia locum Aput *Chambe* predium nomine *Altenmarkt. Putzlingen. Wilmaring* et cetera bona que dedit Marchio in confinio *Kambe.* Parrochiam in wald cum ministerialibus et familia sicut ipse ea possederat, Ecclesiam in *Ilswankch* cum ministerialibus et predijs ad eum locum pertinentibus iure quo ipse possederat In pago qui dicitur *Egere. Diepoltzrewt frawnrewt. Chunrewt Prunn Pernrewt. Godesfridesgrune.* Aput *Tiersheim Sancte Marienwiler. Rahwinesrewt. Chunrivt* In *sweuia* quicquid habuit in *Rudlingen* In *Stainheim* tres Curias cum Ecclesia et ponte Quod ministerialis eius Gotfridus habuit in *Riethawsen* In *pinzwangen* duas curtes. In *denchlingen* duas Curtes. Aput flumen. *Rota* predium in villa *Chindheim* et alia predia ad eum locum pertinentia Item Predia. que patruus noster Rex Chunradus ei contulit scilicet *Hohenstein* et *Rore* cum suis adtinenciis Et item predia que nos manu nostra eidem monasterio contulimus scilicet Ecclesiam in ipso *hohenstein* cum omni Jure tam temporali quam spirituali perpetuo habendam et quiete possidendam.

Item

Item predia in *Genach* et *Iuuelingin* et beneficium ministerialis nostri Rapotonis in *Wichelsdorf*. Item que Pabo ministerialis noster habuit in *Paldewinesdorf* et in *Hawartesdorf*. Hec inquam omnia cum vniuersis que nunc possident uel in posterum iusto quolibet acquisitionis tytulo adipisci poterunt Abbati *Reginbotoni* et eius successoribus ac fratribus suis Imperiali auctoritate et hac pragmatica sanctione confirmamus Statuentes quod siquis huic nostre Confirmationi obuiare voluerit et predictum Monasterium et fratres aliquomodo infestare presumserit. Quinquaginta libras auri pro pena componat. Quarum vna medietas fisco. reliqua vero Abbati et fratribus iniuriam passis. Huius rei testes sunt. Chunradus Saltzburgensis Archiepiscopus. Chuno Ratysponensis Episcopus. Rudolfus Imperialis aule prothonotarius. Otto dux bauarie Otto palatinus Comes de witelinispach. Pertholdus Marchio de Voheburch. Heinricus de Stauff. Albertus *Nothaft*. Reinbotho et Albertus de Susenbach Cunadus de Wattenhofen Marsalcus. Rubertus de liebenstein Et alij quam plures

Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.



Ego Gotfridus Imperiali Aule Cancellarius. vice Kristiani Maguntinensis sedis Archiepiscopi et germanie archi-Cancellarij Recognoui., Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis Millesimo. Centesimo. lxxx secundo Indictione prima. Regnante Domino Friderico. Romanorum Imperatore glorioſissimo. Anno Regni eius xxxjᵒ. Imperij vero xxix. Data Ratispone tertio Kalendas Octobris. feliciter Amen.

Num. XLII. *Traditio praedii et Curtis circ.* 1182. *Ex Cod. tradit.*

Ne premio careat homo. cum radice arborum ſecuris adhibetur inciſio. *Otto de lengenowe.* temporalibus celeſtia lucrans. dedit manu libera. deo ſancteque Marie predium in *Wigeringe.* et curtem in *rumoltinge.* chriſti pauperibus ſeruitura. Teſtes ſunt *Otto et waltherus frater eius de Welſtingen. Hilteprandus et Waltherus frater eius de moſſe. Heinricus de nangoztingin.*

Num. XLIII. *Traditio curtis cum reluitione. circ.* 1182. *Ex Cod. tradit.*

Eodem die *Meginhardus de Koſtinge* dedit per manus (ſpatium vacuum plurium litterarum) pro remedio fratris ſui. curtem in *huntcelle* quinque talentis. ſi ſic viſum fuerit. redimendum. Teſtes ſunt. *Heinricus de prunerdorf. Diepaldus Arnoldus. Gotefridus. et Hiltepoldus de lengenowe. Marchwardus et Aribo de riedarn. Fridericus de celtendorf Adilpertus de cemtichinge. Hartmanus de Grube. Reginoldus de lengenowe. Gotefridus de rorbach. Adilpertus de Gravenwiſe. Adilpertus de wetervelt* *)

Num. XLIV. *Concessio Ecclesiae, facta Monasterio de Reichenbach. ao.* 1183. *Ex Originali.*

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Ego chuno* diuina fauente clementia *ratiſponenſis eccleſie humilis miniſter Regenboni (Reginpotoni) abbati de Richenbach* eiusque ſucceſſoribus in perpetuum. Noſtri officii cura conſtringimur. ratio quoque exigit equitatiſ ut omnibus in noſtro regimine conſtitutis et maxime hiſ qui prediti ſunt honeſtate religioniſ ſua iura conſeruemus et conſeruando ubi nobis adeo datur facultas augmentemuſ. Omnium itaque tam preſentium quam futurorum noverit induſtria fidelium quod ad ſimilitudinem predeceſſoris noſtri

*) E. m. Huntscelle.

ſuri episcopi Haertwici bone memorie conceſsimus eccleſiam de *hohenſtein Regenpotoni Abbati de Richenbach* eiusque ſucceſſoribus cum omni jure tam temporali quam ſpirituali perpetuo habendam et quiete poſsidendam cum uoluntate glorioſiſſimi inperatoriſ *Friderici*. cuiuſ fuit funduſ eccleſie et cum conſenſu parrochiani *Hiltebrandi* in cuius parrochia ſita eſt eadem eccleſia. Quia uero antique eccleſie propter nouaſ dampno inmoderato non debent exſpoliari in eiusdem eccleſie recompenſationem dedit predictuſ abbaſ cum conſenſu ſue congregationis et *aduocati ſui domini inperatoris Friederici* quoddam predium quod dicitur *frouwenruth* et reddit annuatim lx ta denarioſ ratiſponenſes monete predicto parochiano *Hiltebrando* ſimiliter perpetuo iure habendum et quiete poſſidendum Nequa uero eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtram donationem inmutare preſumat hanc inde cartam ſecimuſ conſcribi et ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Et ne a fide et memoria ſucceſsorum noſtrorum hec predicta poſsint excidere dignum duximus ea communiri teſtimonio multorum tam clericorum quam laicorum. Sunt autem clericorum nomina hec *Magiſter Belaeth Vdalricuſ parrochianuſ. Magiſter Vdalricus. Egellolfus archidiaconus. Hainricus de mœndochin. Vdalricus cuſtoſ. vdalricus capellanus. Rudigerus Capellanus. Laicorum nomina ſunt hec Erchenprecht de Hagenowe. Purchart de menige. Hainricus et Altmanuſ camerarii. Ditricus et Hainricus de Kyrphenholz. Chunradus camerarius. Rudigerus de ſulzbach. Vto. Wolfram. Liutwin Hainrich. Rapoto. Ditrich. Halnwic. inſtitoreſ.* Facta ſunt autem hec Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti mill°. c°. lxxxiij. Indictione prima in ciuitate ratiſponenſi iij. idus iunii Regnante Friderico Romanorum imperatore et ſemper auguſto.

Num. XLV. *Concambium. circ.* 1185. *Ex Cod. trad.*

Quia Generatio praeterit. et generatio advenit. facta bona et utilia priorum in notitiam et exemplum luceant poſterorum. ſciant igitur quique fideles commutationem que facta eſt in preſentia *Pertholdi Marchionis*, à fratribus in richinbach. erga

 Hein-

Heinricum in buzelinge. datis duabus curtibus illic sitis. pro curte in *Reinprechteshove.* utrimque manibus *Oudalrici* Tes conservandis. Testes. *Kunradus de werde. Oudalricus de Sehove. Rapoto de pilstein. Adilpertus de satelpogen. Gotefridus et Pruno frater eius de rorbach Reginboto de Suzinbach Meginhardus de hohenwant. Gotefridus de lengenowe. Otto de welfling. Hildeprandus de mosse. Hartamnus et frater etus Rudgerus de taelching.* Fide monita recepit delegationem abbas de manibus *Oudalrici thes.* et delegavit in manus *Dietmari de wiern.* Testes. *Kunradus trost. Marquardus. Vlricus chunradius. de trasmundesreet. Aerbo de husin Heinricus de merchenberge. heinricus. Oudalricus. Kunradus boemus. heinricus spilvogil. Swicker. Otto chabiz. Arinwic vogelare. Adalpertus chobolt. omnes de familia. Vlricus de chambe.*

Num. XLVI. *Traditio praedii Grub apud Satelbogen. Circ.* 1185. *ex Cod. tradit.*

Cum facultatibus fidelium celestia lucrentur in finibus christi minimorum. Hoc idem *sigehardus de vilzingen.* imitari desiderans. dedit sancte Marie in Richinbach. Per manus Rahwini de Kazberch predium quod dicitur. Grub apud *Satelbogen.* Huius rei testes sunt. *Pabo de heitsteine. Meginhardus et Kunradus frater ejus de Kosting. Gotepoldus Wichmannus. Dietricus fratres de Kampe. Heinricus de buzelinge. Isinrich. de Kazeberg. Wolfnamus et Ovdalricus homines ipsius Sigehardi.* et alii quam plures.

Num. XLVII. *Delegatio praedii in Rospach. circ.* 1188. *Ex Cod. tradit.*

Quia varietate temporum cognitiones rerum a cordibus fidelium funditus eliminantur. ideo que facta sunt presenti scripto notantur. qualiter hec presentes. et in futuro venientes experiantur. qualiter predium in *Rospach.* comparatum est erga *Kunradum camerarium* episcopi. X. talentis: a fratribus in Richinbach. et ubi fecerunt abdicationem ipsius praedii. uxor eius. filii eius nu-

rus

rus eius. et filii ipsius. et petitione facta. rursum delegavit abbas in manus *Gozperti de trubinbach.* testes *Gotefridus de rorebach. Fridericus bomvez. Heinricus virin. Reginboto de saze. Fridericus de Kalmberch. Rupertus de wozeldorf. Adilbertus de tankildorf. Gebol de altentanne. Dietmarus de Godolfesberg. Pertholdus pellifex. Egilbertus et filius eius Siegbertus de wisent. Kunradus de walde. Sigeboto de richinbach. Liutwinus de ronbach* *).

Num. XLVIII. *Delegatio curtis in Pheterbrunne. circ.* 1188. *Ex Cod. tradit.*

Grate suscipienda est ordinatio que et accipientem iuvat. et danti pro temporis necessitate subvenit. Notum sit ergo tam presentibus quam futuris qualiter *Pertholdus de pheterbrunne* curtem in *pheterbrunne.* tres solidos annuatim persolventem acceptis VIIII. talentis. deo et sancte Marie. in usum fratrum in richinbach conservandum per manus *Rudgeri de vohburch* delegavit. Testes sunt. *Pertholdus marchio de vohburch. Eberhardus de abensberg. Geberhardus filius Altamni de abensperch. Marquardus de grunhartshove. Rudegerus. Hartrat. de vohburch. Adilbertus de hohenhaim. Oudalricus suchare et frater eius Adilpertus. Rehwinus de vohburch. cotpoldus et Wichmannus fratres de Kambe Otto et Waltherus fratres de lengenowe. Heinricus de nangozting. Meinhardus de Kostingen. Rapoto de Schorindorf.*

Num. XLIX. *Testimonia factae delegationis. circ.* 1193. *Ex Cod. tradit. et ex libr. cop. anni* 1402.

Notum sit universitati fidelium. quod abbas *Heinricus* et fratres illius in richinbach. obtinuerunt productis testibus. quicquid *tiemo*

*) Hanc notitiam in codit. tradit. sequuntur illae, quae habentur Mon. Boic. XIV. 427. num. 37. et 38., quarum postrema est editarum in cit. Mon. Boic. ultima. Notandum tamen in margine num. 37. haec addita esse: Venditum est Wildnawerio. praeter decimam quam habet pro feodo; ac numero 38. istud: Nichil i. e. nichil circ. an. 1302. in loco Scherendorf monasterium Reichenbach habuisse.

tiemo in napurch hereditario iure. in domo et agris poſſederat in preſentia *pertholdi* marchionis. quod et ipſe prius per manus *pertholdi* *) patris ſui marchionis illuc delegaverat. Teſtes *Reinboto Eberan. Heinricus. Marquardus. Rudolfus. Wolframus Tiemo Hartrat. Reinboto Ekkart. Tiemo. Bouman. Siboto. Dipoldus Azelin. Gerhardus Meinhardus Heinricus. Peringerus. Waltherus omnes haereditarii in napurch.* Ipſo die dedit *Dietricus* et uxor illius *Richart* de *napurch.* domum inibi. per manum predicti marchionis. fratribus in richinbach. Teſtes *Eberhardus de abenſperch heinricus de tolzin. Marquardus de grunhartſhoven. Cotpoldus de Kampe. Otto de weſtingin. Heinricus de nangotzting* omnesque hereditarii ſupra praeſcripti.

Num. L. *Abdicatio possessionis pro certo pretio. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit. et libro cop.* 1402.

Notum ſit univerſis chriſti fidelibus. qualiter *Tiemo* de *napurch* fecit abdicationem ipſius poſſeſſionis. receptis pro hoc III. talentis. teſtes ſunt. *Gotfridus de Kalmberch. Wolframm de Woceldorf. Waltherus villicus de Kunriute. Peringerus de Wazemansdorf. Fridericus de walde. Siboto de Walde. Siboto de richinbach. Heinricus de huſen. Liutoldus vinitor. Kunradus boemus. Pertholdus de altenmarcht. Reinboto de walde. Rudgerus Waltherus de familia. Rudgerus Kunradus de utelinge. Plebanus de Utelinge Plebanus heinricus de menzinbach.* et frater eius *Oulricus. Liutoldus villicus de aieterhof. Ezzo. Kunradus de ger filius Pertholdi* cellerarii.

Num. LI. *Abdicatio praedii in Sidiningen. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit vniverſitati fidelium. qualiter *Waltherus Dipoldus Gotfridus* filii *Dipoldi* ſenioris *de aſt.* et filie eius *Juta et Benedicta.* fecerunt abdicationem predii in *Sidininge.* quod pater eorum deo. et ſancte Marie in uſum fratrum in richinbach adhuc vivens de-

*) In libro copiali cit. omittitur nomen patris, scilicet etiam Pertholdi.

dederat. Teſtes. *Hiltiprand de chamerdorf. Dietricus de rumtingen. Heinricus et Gebehardus de puziling. Dipoldus de boemvilingen. Iſinrich de Kazberch. Adilbertus de Gravenwiſe. Alram de warmunſdorf. Sibot de doſrig. Adilpertus de zemtichen. Künradas de pilſtein. Hugo de trabolſdorf. Kunradus fuhſilin. Rudegerus et Adilpertus de turtowe. Eberolf et ſifrid de ſiegen. Heinricus de Gutenberch. Dipoldus filius eius. Rudolfus de vohtiſriut. Gotſalkus de rotenbach Rapoto de herbrechtſdorf. Rapoto de dipoldſriut. Hertwicus hirz. Otto de phaphenriute. Otto de hermanſprunne. Marquardus de hiltoſriut. Pertholdus frater eius* et alii quam plures de familia ſancte Marie *)

Num. LII. *Abdicatio praedii in Harlungen. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit univerſitati fidelium. quod *Rapoto de pilſtein* limina ſancti Jacobi adiens. fecit abdicationem predii in *Harlungen.* Teſtes. *Kunradus troſt. Adilpertus de Suzinbach.* et filius eius *Otto. Heinricus de nangoztingen. Heinricus de puzilingen. Kunradus de Waltingen. Erniſt de peſingen. Gotfridus de Kalmberch. Swicherus cocus. Siboto de Walde. Heinricus de huſin. Siboto de richinbach. Adilbertus de goteling. Wimarus de pomvilingen. Rudegerus et Waltherus de familia Oulricus.*

Num. LIII. *Traditio praedii Dietmarscelle. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit univerſitati fidelium. quod Hiltprandus de muſſe. predium ſuum *dietmarſcelle.* deo et ſancte. Marie. in uſum fratrum in richinbach conſervandum tradidit per manus. *Gebehardi de phephenſwante.* Teſtes. *Kunradus troſt. Godfridus de lengenowe. Otto et frater eius Waltherus de Welſtingen. Criſtan de*

de

*) In margine manus posterior notat: Sintning. Ibidem emit nobis dominus Heinricus plebanus de Pomfling. tres curias. pro XXXVI. libris Ratispon. denariorum tempore domini Ottonis abbatis (i. e. 1303 — 1319).

monte ſancti michaelis. Chunradus de gotpoldſriut. Pertholdus uz der owe. Sihoto de richinbach et alii omnes de familia in richinbach *)

Num. LIV. *Delegatio agrorum et areae. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit.*

Pateat in notitiam futurorum. quod *Ortwinus de ſteten.* petitione *Hadewigis de giſinvelt.* delegavit in manus *Godfridi de rorbach.* agros et aream iuxta Portam contra Pontem. in *regenhuſin* in uſum fratrum in richinbach conſervandos. Teſtes. *Oudalricus de reginzi. Pabo de heitſtein. Wernher de Swarzinbach. Oudalricus de ſlozze. Oudalricus de Gleuraſt. Gotefridus de ſteten. Rubertus de voceldorf. Fridericus de Kalmberch. Ditricus de regenzi. Adalpertus de Swarzinbach.*

Num. LV. *Traditio praedii Zezilgisizin. circ.* 1194. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit vniverſitati fidelium quod *Ditricus et uxor* illius *Richgart* nomine. predium quod dicitur *Zezilgiſizin.* permiſſione *Pertholdi marchionis de vohburch.* cuius miniſterialis erat deo et ſancte Marie in richinbach contradidit. Teſtes. *Wolframmus Tiemo. Tiemo. Oulricus Marquardus. Heinricus Reinboto. Reinboto Rudolfus Hartrat. Gerungus Ekkehart. omnes de napurch. Derliep de ſmidegademe. Vlricus. et Hugo de Loman. Wilber de aſpach. Willehalmus de hegilinge* qui et fideiuſſor eſt. et alii quam plures aure tracti **)

Num. LVI. *Confirmatio iurium, a Marchione de Vohburg, Bertholdo facta, Monasterio Reichenbach. ao* 1200. *ex libro cop. ao.* 1402.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Rerum temporalium mutabilitas. bonorum malorumque contraria voluntas neceſſario

*) In margine notatur: nichil.
**) In margine notatur: nichil.

rie exigit ut quę a bonis bene et recte diſponuntur, modis omnibus ne iniquorum ingenia preualeant confirmentur. Nouerit itaque fidelium Vniuerſitas qualiter *ego Bertholdus Marchio de Voheburch* reuerſus de Apulia temporibus Heinrici Imperatoris et corporis moleſtia grauatus quicquid, Auus vel pater meus pię memorie, in honore dei et beatiſſime genitricis ſue Marie et omnium ſanctorum eccleſie dei militanti in Reichenbach diuinitus inſpirati in predijs uel mancipijs contulerunt uel miniſterialibus ſuis conferentibus uel collaturis liberam poteſtatem conceſſerunt proprij oris atteſtatione roborare et ſcripto mandare neceſſarium exiſtimaui Inſuper Aduocatiam in predio quod dicitur *Lengeuelt*, nullum ego de cetero uel heredes mei inde exacturi ſeruicium in rebus uel in hoſpicijs, deo et eccleſie reſignaui duas quoque Curias iuxta Chambe dictas *Altenmarchtt* et *Gẅenha* ſimili modo ab omni Jure et ſeruicio meo abſolui, Siquis hanc poteſtatiuam meam traditionem annullare voluerit tradimus eum ſathane in interitum carnis ita tamen ut ſpiritus eius ſi reſipuerit ſaluus fiat in die domini. Huius rei teſtes ſunt *Engelhardus de Adelnburch. Heinricus de Tolaz. Heinricus de Randekke. Rudegerus Marſchalcus. Bertholdus pincerna et fratres ſui. Fridericus et Heinricus de Koheburch. Kuno et Rupertus hartrat Junior. Eberhart de Ilmerdorf Omnes de voheburc. De champe. Gotboldus et fratres ſui. Wicmannus et Dietricus Otto de Welfingen. et Gotfridus de Lingenowe Adelramus de Warmundeſdorf Kunradus et frater eius de Waltingen de napurch Büman et frater eius Wichnandus.* Et omnes miniſteriales ſui. Acta ſunt hec. Anno ab incarnatione domini Milleſimo Ducenteſimo. iij. Kalendas Nouembris.

Num. LVII. *Traditio praedii Gerhardishove. circ.* 1200. *Ex Cod. traditt.*

Cum mundus tranſit et concupiſcencia eius. ideo pie memorie *Adelbertus de ſatelbogen* celeſtia tranſitoriis preponens. dedit deo et ſancte Marie in obſequiis filii ſui *Conradi* predium quod dicitur *Gerhardishove*. Teſtes ſunt *Cunradus troſt. Reinboto*

boto de suzinbach. Perengerus de hutiszagil. Ernsto et Hartwicus de turdelinge. Kounradus et frater eius *Adipertus de Waltinge. Ernesto de pesinge. Hartwicus. et Isinricus de russinge. Heinricus von derriute. Liebhardus de Arnswanc. Dietricus de rumtinge. Hartwicus der Heiden. Irinfridus de prambach. Heinricus de oprehtstorf. sefridus et Waltherus de pilstein. fridericus de challenberch.* et alii quam plures de familia sancte Marie.

Num. LVIII. *Traditio curtis et prati. circ.* 1200. *Ex Cod. tradit.*

Cum nec calicem aque frigide sine mercede transire dominus suis sequacibus repromisit ideo *Rapoto de Pilstein* pro mercede coelesti dedit curtem in *Wichelstorf* et pratum in *altenmarcht* deo et sancte Marie in Richinbach. perpetuo conservandum. Testes sunt *Kunradus trost. Purchardus miles eius. Geroldus de stevininge. Fridericus de callenberch. Wolframus de woceldorf. Pertoldus de ilmerdorf. Kunradus gutgeselle. Hasman. Erbo de husen. Kunradus boemus. swikerus. Heinricus coci. Sibot. Oulrich. Walter Sifridus Rudeger* omnes de *Richenbach. Siboto de walde. Kobolt. Konradus de seberch. Segehardus de kampe.* De curtili fideiussor est *Adilbertus de Suzinbach.*

Num. LIX. *Traditio praedii Meirshove ad annuam Consolationem. circ.* 1200. *Ex Cod. tradit.*

Omnium Christi fidelium noverit solertia qualiter *Zacharias de Wilmtinge* predium. quod dicitur *meirshove* tradidit super altare s. Johannis in richinbach. annuam consolationem fratribus inde dari disponens. Testes sunt *Kounradus trost. Purchardus miles eius fridericus de challinberch. Wolframus de Woxildorf. Swikerus cocus. Erbo de husin. Kounradus. boemus. Oudalricus. Waltherus. Siboto.* et alii quam plures de familia sancte Marie. *Wolframus de teschingen* fideiussor praedii est.

Num.

Num. LX. *Delegatio praedii in Ratendorf. circ.* 1200. *Ex Cod. tradit. et libr. cop. ao.* 1402.

Firmum est iudicium cuius tenetur exemplum. nec locus ambiguitati relinquitur vbi probabilia testimonia suffragantur. Proinde ad memoriam futurorum deducimus qualiter *Heinricus Abbas* in Reichenbach communi fratrum suorum consilio emit predium in *Ratendorf.* ab *Engelmaro de Weitental.* omni iure quo ipse illud libere possederat. Recipiens autem idem *Engelmarus* delegationem ipsius predij de manibus *Lantgrauij Diepoldi* consignauit in manus *Marquardi de Glevrast.* Rursusque petitione Abbatis deleganit in manus *Pertholdi Marchionis* receptis super hoc lxx. talentis perpetuo conseruandum. Testes sunt *Pertholdus Marchio. Dipoldus Lantgravius. Kunradus de Hohenuels. Godefridus de Rorbach. Gerungus et Kunradus fratres de Hose. Hilteprant de Hamberdorf. Gotpoldus. Wichman. Dietrich. fratres de Rumtinge. Alram de Warinstorf. Heinricus filius Heinrici Kelbel. Marquardus de gleuraſt. Herman de Selwiz* et filij sui. *Albertus de Münster. Rhewinus de Voheburch. Eberhart de Ilmendorf. Albertus de Grauewisen. Sifridus de Battindorf. Rupertus de Oprechtstorf. Herbort de Rotingen. Wolfram de Wozildorf. Vlrich sucher. Erbo de husin. Fridericus de nulinhoue. Raboto de Schorendorf. Chunradus de Swarzinuelt. Fridericus de Wolseringe.* Et alii quam plures.

Num. LXI. *Abdicatio agrorum pro tribus talentis. circ.* 1200. *ex Cod. tradit.*

Quia in evum vivit quicquid scriptis mandatum fuerit ideo ad notitiam posterorum significamus. qualiter *perhtoldus de hantsingen* receptis tribus talentis ab abbate *Heinrico* fecit abdicationem agrorum in *altenmarcht.* et quicquid habuit in *wichilstorf.* Testes sunt *Perhtoldus marchio. Eberhardus de abensberch. Rudegerus de Voheburch. fridericus de milinhoue. Heinricus Kelbel. Godefridus de lengenowe et filius suus Otto. Otto et waltherus fratres de welsting. Hiltebrant de Kamberdorf.*

Gottpoldus. Wichman. Dietrich fratres. Albertus de gnewiswise. Heinricus de pucelinge. Abdicavit. se omnium que cum iure contigerant a *riwino* et patre suo in wichilsdorf.

Num. LXII. *Traditio praedii in Napurch. circ.* 1200. *Ex Cod. tradit. et libr. cop. ao.* 1420.

Ne error patrum transeat ad filios, acta presentium in notitiam confirmamus futurorum. Noverint itaque omnes fideles qualiter *Liupoldus* de *swainkendorf.* predium suum in *naburch* ad censum XXXV. denariorum dedit deo et sancte Marie in richinbach. Testes sunt *Kounradus trost. Purchardus miles trostes. Counradus* de *napurch. ab dem steine. Heinricus Fridericus* de *Challenberch. Wolfram* de *Wozelindorf. Sibot de walde. Engelsalch* de *rosbach. Wilber* de *aspa. Swikerus cocus. Swikerus* de *reide. Counradus boemus. Oulricus* de *chorben. Waltherus* et filius. eius *Vlricus.* de *chorben. Waltherus niger Oulricus Zigeler.*

Num. LXIII. *(Specificatio villarum, quarum decimae ad filialem ecclesiam Ebenöt spectant). Circ.* 1200. *Ex Cod. tradit.*

Notandum. quod *Ebenoet* est filialis ecclesia respiciens matrem in *Chulmein* cum tota decima. in omnibus villis eidem pertinentibus, cum tota decima. Primo in *Ebenoet* ubique citra et ultra ripam. tota decima. Item in *Hetzelsreut* tota decima. Item *Swartzreut* cum tota decima. Item *Swurbbach* citra et ultra ripam cum tota decima. Item in *Teufenbach* tota decima. Item *Haidd* cum tota decima. Item in *Wernherfreut* tota decima. Item in *Regelsreut* et *Witzelsreut* tota decima. Item *Herinnasreut* cum tota decima. Item in *Frankenreut* tota decima. Item in *Formansreut* tota decima. Item *Perenpach* cum tota decima. Item *Prantt* cum tota decima. Item *Richenbach* cum tota decima. Item *Chrueg.* Iterum *Chrug* cum tota decima. Item *Nogel.* Iterum *Nogel* cum tota decima.

Num.

Num. LXIV. (*Declaratio ducis Bavariae Ludovici concernens jura advocatiae*). *ao.* 1204. *Ex libro copiali ao.* 1402.

IN nomine Sancte et individue Trinitatis *Ego Ludewicus* divina fauente gratia Bauarie dux Inherentes aliquatenus antiquorum principum exemplis. qui ad laudem et gloriam domini nostri ihesu Christi ac pie matris eiusdem semper glorioſe Virginis Marie aut aliorum ſanctorum in ſuis territorijs eccleſias aut monaſteria ſuis ſumtibus edificauerunt ac fratrum ibidem degentium neceſſitatibus larga manu proſpexerunt cor noſtrum propenſius eo extendimus quatenus intuitu ſublimis dei. dilectis fratribus noſtris in *Reichenbach* clippeum noſtre protectionis accomodare velimus non propter Aduocatie emolumenta prorſus inducti. ſed commoditate loci. ac conuentia fratrum eorundem ad *quos* a tempore fundationis iam dicti monaſterij pertinet aduocatum eligere qui ipſis vtilis Videbitur. Decernimus itaque imitantes *veſtigia Diepaldi Marchionis* de Volkeburch. qui prememoratum monaſterium conſtruxit ut nec ipſi nos nec ſi quos heredes habituri fuerimus. Advocatiam eandem preter voluntatem Abbatis et Conuentus ipſius habere poſſimus nec liceat nobis de bonis eccleſie ipſius uel de Jure aduocatie quicquam impignorare uel aliquam perſonam infeodare ſed ſi forte graues et inutiles fuerimus ipſe Abbas qui tunc fuerit et Conuentus eandem Aduocatiam cuicumque voluerint conferre poteſtatem habeant. qui conſtitutus ſi monaſterio grauis extiterit ipſum amouendi et alium accipiendi eque liberam habeant voluntatem. Volumus quoque ut ipſi heredes noſtri ſicut et nos imitatione paterne dilectionis affectum ſuum circa idem claustrum inclinent et intentent. Nos itaque ac heredes noſtri in perpetuum concedimus ut quilibet miniſterialium noſtrorum predia mancipia uel quecumque hereditario Jure poſſident. ſupra memorato monaſterio conferre poſſint quod etiam hominibus noſtris cuiuscunque conditionis fuerint aut ſortune etiamſi noſtris predijs infeodati ſint eiſdem fratribus ea libere conferre poſſint concedimus. Decetero cuncti fideles nouerint Aduocatiam ſepedictam Romane ſedi traditam et a Caliſto papa Venerabili tunc Abbati

Er-

Erchingero ac ſucceſſoribus eius in perpetuum commodatam quatenus poteſtatem habeant eligendi Aduocatum qui vtilis loci fuerit. et ſi forte grauis aut inportabilis extiterit mutanti habeant facultatem. Inſtar uero bone memorie *Marchionis Diepaldi* Principis digne memorandi. Jura Marchie noſtre apud *Chamb* eiſdem fratribus in omnibus poſſeſſionibus eorundem quas in preſentiarum poſſident aut in futurum quibuſlibet iuſtis tytulis ex oblatione fidelium poſſident nunc et deinceps adipiſci poterint remittimus. Huius noſtre Conſtitutionis teſtes ſunt. *Vlricus Capellanus ducis* de *hohenheim*. *Heinricus* de *Stein*. *Albero Lupus* de *lengenuelt*. *Rupertus frater eius Albertus lwtzman*. *Vlricus* de *toufkirchen*. *Chunradus Seman*. *Sigefridus* de *Huſen*. *Ekkebertus* de *Ekkemül*, *Eberhardus et Rudingerus fratres* de *curia*. *Hermanus filius Eberhardi* de *Curia*. *Rudigerus*. *Hertwicus* de *Vronöwe*. *Arnoldus* de *Hergoldiſhuſen*. *Gozbaldus* De *Schönenſtein*. *Waltherus* de *Valchenſtein*. *Otto waltherus fratres* de *Lengnovwe*. *Otto* de *Puchperg*. *Heinricus de Puzelingen*. *Heinricus Chälbel*. et frater eius *Conradus*. *Albertus* de *Satelpogen*. *Fridericus* de *Turdelinge*. *Erneſtus* et frater eius. *Hertwicus* de *Turdelinge*. *Cunradus et Albertus* de *waltingen*. *Vlricus et Conradus fratres* de *Pilſtein*, et alij quam plures. Acta ſunt hec. Anno dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo quarto. Monarchiam Bauarie tenente glorioſo, Duce Ludewico.

Num. LXV. *Deciſio et confirmatio juris, facta a duce Ludovico. ao.* 1205. *Ex libro cop.* 1402.

Wir *Ludwig von gotz geraden Pfaltzgraf* pey Rein Vnd *Herczog in pairen* tun kunt offenbar an dieſem brief Das fur vns chum vnſer andächtiger *Apt Hainreich ze Reichenbach* vnd clagt vns vber den *härtweig von den Michelſperg*. Daz er in vnd ſein Gotshaus irrt vnd engt an der Viſchwaid vnd an Hofſteten zu *Teuffenbog*. Da vodert wir di vorgenanten Abt vnd *härtweigen* den *Michelſpenger* für vns *gein lenguelt* vnd verhorten ſy zu peden ſeiten. Da ward es gezogen an herren *Chriſtan dez vorgenanten Hartweigs Vater* dem ſchölt man ansprechen pey ſeinem aid dem ward zugeſprochen pey dem aid

ſei-

ſeiner gehorſam der heiligen Regel wenn er in das vorgenant Cloſter gevaren waz in den orden. das er erchant der warhait iztwederm tail da herr *Chriſtan* alſo gefragt ward. da ſagt er pey dem aid ſeiner gehorſam. Daz di viſchwaid vnd hofſtat der Mül dez Gotzhaus ze Reichenbach wär, vnd daz ſein vorgenanter Sun noch ſein Erben noch all ſein nachkomen nichtz daran hieten. dann alz vil vnd in ain Abt vnd der Conuent mit willen vnd gunſt lieſsen. Vnd daz fürbaſs daz alſo ſtät vnd unzerprochen weleib haben wir in dieſen brief gegeben mit vnſerm groſsen anhangendem Inſigel. Der Sach ſind zeug *Heinrich von dem Stain. Albero wolf von Lenguelt Rupert ſein pruder. Albreth Leutzman Vlreich von Taufkirchen Conrad der Seman, Seifried von hawſen Ekkpreht von Ekkemül Eberhart vnd Ruger pruder von dem hof vnd hartweig von fronaw.* Vnd ander Erber läut mer, Daz iſt geſchehen. do von Chriſt gepurt waren vergangen Tauſent Jar zwai hundert Jar, vnd in dem fünften Jar An Sand Clementen tag.

Num. LXVI. *(Compositio amicabilis super causa praecedente)* ao. 1205. *Ex libro cap.* 1402.

Heinricus dei gratia Abbas in Reichenbach. Omnibus in perpetuum Amen. Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, Quod *Hertwicus de monte S. Michahelis* cum putaret ſe ius habere in predio eccleſie noſtre in *Tiufinwage* videlicet in Area ubi Molendinum edificatum eſt et in piſcatione, et ideo inportunus eſſet nobis et hominibus noſtris conſtruentibus Molendinum *Ludewicus dux Bauarie Aduocatus noſter* ad peticionem noſtram et querimoniam. Vocato ad ſe *Chriſtiano patre predicti Hertwici* queſiuit ab eo ſub Juramento et per obedientiam Sancte Regule. quod ad conuerſionem venerat ut diſcerneret veritatem utriuſque partis. Chriſtanus autem ſicut adjuratus fuerat adiudicauit piſcationem et Aream Molendini eccleſie noſtre. Nos autem quia dilectus eſt nobis predictus *Hertwicus* permittimus eum piſcationem habere ut ſoluat nobis de area piſcationis decem denarios Ita tamen ut non cedat in preiudicium Conuentus eccleſie noſtre videlicet ne quis poſterorum

ſuo-

suorum vsurpet sibi Jus hereditatis uel feodi uel beneficij, nisi quantum et quamdiu placuerit illi qui fuerit Abbas loci nostri in Reichenbach et Conuentui. Et ut hec inconuulsa permaneant hanc cartam conscribi facimus et Sigilli nostri munimine roboramus. Huius facti testes sunt de Conuentu. *Wolframus Prior Matholfus Custos, Heinricus Kambarius. Waltmannus. Heinricus* de *Schönenuelt, Heinricus* de *Swarczenuelt, Reimpertus.* De ministerialibus nostris. *Wolframus Judex, Sibota* de *Wald fridericus Perngerus Gemungus* de *Watzmanstorf,* De familia nostra. *Swikerus coquus filius eius Kunradus Rudegerus nauta. Swikerus Karpentarius Wolframus* an dem *Puhel. Rudegerus stige, Sifridus Merboto Sutores* et alij quam plures. Acta sunt hec in monte Reichenbachcensi. Anno Ab incarnatione domini M°. cc° Quinto.

Num. LXVII. *Resignatio circ.* 1205. *Ex Cod. tradit.*

Testes ubi *Ekinbertus de vischar* resignavit beneficium quod possederat in *hiwis.* de *bluesriute* receptis decem talentis ab *heinrico* abbate. *fridericus Heinricus* de *Challenberch. Wolfram* de *wezildorf. Counradus perengerus* de *Wazzmanstorf. Waltherus* de *Counrieute. et filius suus heinricus. Siboto* de *walde. omnesque supra descripti de familia sancte Marie.*

Num. LXVIII. *Delegatio ad censum. circ.* 1205. *Ex Cod. tradit.*

Presenti pagina notum facimus omnibus tam presentibus quam posteris quod *Athelt de stegn* et filia eius *Mehtildis* et sorores eius *wentil et gepa* temporibus Willeber villici nostri de *aspach* libera manu delegaverunt se ad censum V. denariorum sancte Marie in richinbach.

Num. LXIX. *Testimonia ob obtentam mulierem. circ.* 1205. *Ex Cod. tradit.*

Testes ubi *Reinboto* villicus de *aspach* obtinuit quandam mulierem *wentil* nomine de *swaig* quam infestaverat *Meingozus* de

de affalter Cunradus plebanus de ſwarzenvelt Paldwinus fridericus der iungman Ulricus der nebel Perchtoldus faber. Chunradus tabernarius Albertus de Zulchenreut.

Num. LXX. *Concambium. ao.* 1210. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis. Ego *Hartwicus* dei gratia Sancte *Eyſtetenſis eccleſie Epiſcopus.* Notificare curamus omnibus in Chriſto fidelibus tam preſentibus quam futuris. qualiter conuentus noſter ſcilicet maioris eccleſie in Eyſteten et Abbas in Reichenbach cum Capitulo ſuo de tranſactione et venditione quarundam rerum cum communi conſenſu vtriuſque partis conuenerint. Accidit ut conuentus noſter ſcilicet Eyſtetenſis Eccleſie quasdam vineas in Ratisponenſi ciuitate poſſideret et Abbas de Reichenbach in *Erchinbrehouin* quandam curiam et Molendinum cum capitulo ſuo ſub Iuriſdictionis ſue poteſtate multis temporibus retineret. Sciens (Veniens?) itaque predictus Abbas in civitatem noſtram Eyſtetenſem cum quibuſdam confratribus ſuis. predium iam memoratum cum molendino. et duodecim talentis Ratiſponenſis. monete contradidit noſtro Conuentui. Conuentus vero noſter vniuerſa vineta que ipſe tunc temporis in ciuitate Ratiſponenſi poſſedit. verſa vice memorato Abbati et Conuentui ſuo donauit Factum eſt hoc concambium ſine omni contradictione coram nobis Anno pontificatus noſtri quarto decimo preſentibus vniuerſis canonicis et miniſterialibus. Anno ab incarnatione domini Milleſimo ducenteſimo decimo *Innocentio* papa Ottone tertio Romano Imperio preſidente Sub Comite *Gebehardo.* Teſtes qui huic concambio interfuerunt hy ſunt. Canonici. *Bertholdus prepoſitus. Marquardus decanus Albertus Scolaſticus. Rudolfus oblatarius. Rennger Cellerarius Cunradus Cuſtos Hartwicus de werde et frater eius Hemboto. Marquardus Blimannus, Marquardus de Witinſheim. Marquardus de Soltzchirchen Gotfrit de Babinberch, Sigefrit de Rorbach Chunrat de Gunczinhuſen Wernhir de Bappinhem. Heinrich Tünare. Vlrich himlin Otto pincerna Heinrich Eitirſtein Wignto.* Et aly quam plures. Laici *Chunrat pin-*

pincerna Vlrich dapifer et frater eius *Otto Chunrat* de *phaffinhovin. Gotzwin De Obirnneuſtetin. ffridrich Camerarius. Heinrich diſpenſator.* Et aly quam plures, Et ut hoc noſtrum concambium maius robur habeat nos Sigillo noſtro et chori corroborauimus.

Num. LXXI. *Donatio Horti. circ.* 1212. *ex libr. cop. anni* 1402.

Albero dei gratia Reichenbachenſis Eccleſie humilis miniſter Vniverſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Nouercari ſolet rerum notitie proceſſu temporis niſi ſcripti mèmoria perhennetur. Eluceſcat igitur preſentibus atque futuris *Lwpoldum quendam de Swainkendorf.* conſenſu filiorum ſuorum pro remiſſione peccatorum ſuorum. et ſui patris hortum in *Napurch* ſoluentem annuatim Triginta denarios. poſt terminum Vite ſue Eccleſie Sancte Marie in Reichenbach perhenniter poſſidendum aſſignaſſe. Huius rei teſtes ſunt. de Conuentu *Heinricus Camerarius Waltmannus Cellerarius. Götfridus cantor de familia. Otto Sibóto Einbanus.* Et alij quam plures.

Num. LXXII. LXXIII. *et* LXXIV. *Delegatio curtis in Premstorf. circ.* 1218 *et circ.* 1230. *Ex Cod. tradit.*

Cum vivit littera vivit et actio commiſſa littere cuius aſſertio nutrit memoriam et mundanas ei perpetuat actiones Noverint igitur preſentes et futuri quod quedam *domina Reichlint* nomine de *ſwarzenveld* curtile unum in *premſtorf* pro remedio anime ſue dedit deo et ſancte Marie in richinbach per manus delegatoris ſui *perhtoldi de Rotenſtad* in preſentia *Ruperti lupi* qui tunc erat advocatus Huius autem delegationis teſtes ſunt. *fridericus frater ipſius domine. fridericus iuneman. Paldwinus. fridericus weiz. Hertwicus weizlan. Heinricus glengil.* De hoc curtili abdicationem fecerunt *Vlricus Cunradus Pernhardus. Heidwigis Perhta et filii eorum* Super hano delegationem teſtes ſunt. *Rupertus ſteour Volcmarus* de *nabech chunradus* de *aich Vlricus dwiWerzendorf Paunan* de *nupurch* et *Reinboto* fra-

ter eius. *Heinricus* de *craundorf Ecchardus* der Chaſtner. Hi ſunt etiam teſtes ſuper prato in *ſwarzenveld* quod dedit nobis Chunradus in ſwarzenveld cum hominibus ſuis *friderico Vlrico Heinrico Choeppel* cum ſorore ipſorum *Heidwige et frideraun* et poſteris eorum Pro quo prato poſt longum temporis intervallum domina *frideraun de ſwarzenveld* talentum dedit abbati Heinrico ut poſſideret ipſum usque ad obitum vite ſue. *friderici der crucer patruus friderici iuncmanſ* dedit nobis etiam pratum.

Num. LXXV. *(Exemtio a Jurisdictione ordinaria facta per Ludovicum ducem). circ.* 1220. *inter* 1125 — 1231. *Ex libro cop.* 1402.

*L*odewicus Dei gratia comes palatinus Reni et Dux Bavarie. omnibus preſens ſcriptum intuentibus. notum eſſe volumus quod nos cenobio in Reichenbach ea que etiam a noſtris habuit anteceſſoribus conceſſimus ut nullus hominum qui ſunt in curiis videlicet *Altenmarkt* et *Regenhauſen* ad cenobium ſpectantes coram nullo noſtro iudice pro aliqua cauſa iudicio ſtare tenentur niſi coram noſtre preſentie. aut ipſius abbatis. Huius rei teſtes ſunt. *Dietricus* de *Rumptingen. Leutoltus pincerna* de *Owe. Hermannus de curia. Lodewicus de novo molendino. Otto de Puchperch.* et alii quam plures.

Num. LXXVI. *Abdicatio praedii in Crandorf. circ.* 1230. *Ex Cod. tradit.*

Que geruntur á viris prudentibus. ne qua poſſint adtemptari calumnia. litterarum memoria ſolent perennari. ſciant ergo preſentes et poſteri quod *Heinricus de ſwarzenſwal et filii* ſui abdicationem fecerunt predii in *Crandorf* quod ipſe dedit pro remedio anime *uxoris ſue Jute* fratribus in richinbach Huius rei teſtes ſunt *Pauman de napurch Reinboto frater eius Heinricus de craundorf. Weiker valkner. chunradus* de *walhſperg et filius eius Chunradus Reinboto* de *aſpach frater eius Chunradus* de

 chram-

chramdorf Heinricus de *aſpach Heinricus* de *vroenperge Heinricus* de *aloltſhauſen. chunradus* de *ſuezenbach Tozler. Vlricus camerarius. Volcmarus* ſervus ipſius *heinrici ſwarzenſwal.*

Num. LXXVII. *Traditio curiae in Crandorf. circ.* 1236. *Ex Cod. tradit.*

Forciora ſunt omnia que geruntur. et minori poſſunt calumpnia perturbari. ſi vigorem trahant á teſtimonio litterarum Innoteſcat igitur preſentibus et ſciant ſequentes quod *Ecchardus rauptaſch et uxor* eius per manum delegatoris ſui *Vlrici* de *haſelbach* in preſentia *alberonis lupi de nabeck.* ſpe celeſtium premiorum tracti cum abdicatione *Wernheri fratris eiusdem raupsaſch* dederunt curiam deo famulantibus in richinbach que ſita eſt in *crandorf* Teſtes ſuper hoc factum ſunt *Chunradus* de *aich Volcmarus* de *nabek Heinricus* de *Geocelbach fridericus* de *craundorf Heinricus* de *vroenberg Heinricus* de *aloltſhauſen Hermannus mercator. Wiſint ſculteta. Chunradus* de *Crandorf Pernoldus. Chunradus teurer Reinboto Dietpold. Heinrich. Wichman* omnes de aſpach. Otto. Sigeboto ſervi abbatis.

Num. LXXVIII. *Venditio praedii. circ.* 1236. *ex Cod. tradit.*

Virorum prudentium intereſſe ſolet ut quecunque geſſerint ſcripturarum et teſtium confirmatione muniant ne aliquomodo [illegible] viſcatur Igitur hac ſubſcriptione notificamus preſentibus et poſteris quod quidam *Vlricus* de *ſinzenhoven* per abdicationem *hertwici. pernoldi. Hermanni. Gotfridi chunradi.* predium ſuum in *techelberg* pro novem talentis vendidit fratribus in richinbach Huius rei teſtes ſunt. *Heinricus de froenberg. fridericus de craundorf Meingozus* de *altendorf Wiſint ſculteta. Wernhardus. Hiltwinus* de *haſelbach Chunradus* de *Crandorf Reinboto frater eius* et omnes ſupra dicti teſtes de *aſpach* et de *ſwankendorf* qui interfuerunt abdicationi eius et uxoris ſue et filiorum ſuorum quam fecerunt de predio.

Num.

Num. LXXIX. *Sententia definitiva iudicis delegati super capella in Hohenstein. ao. 1238. Ex copia vidimata.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. *Gozwinus* abbas et Heinricus prior in Pruel. ratisponensis dyocesis iudices subdelegati á iudicibus á sede apostolica delegatis. scilicet *Decano Chrastone* et *Hinrico* de *Nordelhe* canonicis babenbergensibus salutem in omnium salutis auctore. Noveritis quod cum dominus *Heinricus* de *Rasche* plebanus in *Vundreb* auctoritate sedis apostolice, abbatem et conventum in Richenbach coram nobis traxisset in causam et petisset á nobis quatemus capellam in *hohenstein* iure filiationis ad dictam ecclesiam suam in *Vundreb* spectantem sicut asserebat sue matrici ecclesie subesse pronunciare dignaremur, prefati abbas et conventus per procuratorem ydoneum coram nobis comparentes proposuerunt in modum exceptionis quod ipsorum monasterium per spatium XL. annorum et amplius eandem capellam pacifice possederat et quiete. Preterea privilegia inuliti imperatoris *friderici* et pie memorie *Chunonis* quondam episcopi ratisponensis coram nobis exhibuerunt. in quibus continebatur evidenter. quod memoratus imperator. *fridericus* patronus in *Vundreb* prenominatam capellam cum omnibus attinentiis suis ipsorum monasterio contulerat nemine reclamante. privilegium vero pretarati continebat. episcopi quod de consensu *Hiltprandi* tunc temporis plebani in *Vundreb* ipse similiter eandem capellam eidem dedit monasterio. et in recompensationem ipsius quoddam predium quod dicitur *Vrowenraute*. LX. denarios. annis singulis persolvens donavit ecclesie in *Vundreb*. Nos vero receptis probationibus abbatis et conventus super prescriptibus. XL. annorum et huiusmodi privilegiis plenius inspectis et habito super hiis diligenti tractatu cum viris prudentibus et litteratis quia constitit nobis tum prescriptione tum privilegiis intentionem ipsorum fundatam. ipsos ab impeticione sepedicti plebani duximus absolvendos per diffinitivam sententiam decernentes capellam in *hohenstein* predicto monasterio in Richinbach de iure attinere debere. Ne autem super hoc in posterum aliqua fiat dubitatio predictam sententiam nostram presenti pagina et sigillo-

rum

rum nostrorum munimine dignum duximus roborandam. Testes coram quibus data est hec sententia hii sunt. *Dietricus de Schonvelt. Heinricus Semannus archydiaconus.* canonici maioris ecclesie. *Sigehardus decanus Hertwicus obellarius Heinricus scolasticus de judemprukke. Perngerus decanus. de Linthart. Hartmannus custos. Hartmannus. Reinboto doctor puerorum* canonici veteris capelle. *Reinboto* et *Rudegerus* scolares. Acta sunt hec Ratispone in claustro veteris capelle. Anno dominice incarnationis. M°. CC°. XXX°. VIII° Indictione XI^ma. Idibus Augusti.

Num. LXXX. *Compositio amicabilis. ao.* 1240. *ex libro cop. ao.* 1402.

ICH *Albreth* der *Michelsperger* mein Hawsfraw Vnd all vnser erben vnd nachkomen Vergehen offenbar vnd tun kunt allen den di disen brief sehent oder hörent lesen. Daz wir liepleich vnd freuntleich vertaidingt vnd verricht sein mit den Erberigen vnd geistleichen *herren Abt Albero vnd Conuent* des Closters ze Reichenbach. Vmb all aufleuf. Vnd besunderleich von der zwair todsleg wegen di geschehen sind von der *Vischwaid wegen ze Teusenbag.* di des vorgenannten Abts dienar heten getann Da beschuldigt wir den vorgenanten Abt an. Des hat uns gebeiset der vorgenant Abt. und hat sich da von genomen vor vnserm gnedigen herren vnd *fürsten Pisschof Seifrid ze Regenspurch* selb sechst Abpten vnd Prelaten alz er des Brief hat von unserm vorgenanten herren *Pischolf Seifrid* daz er des unschuldig ist Es hat auch der vorgenant Abt do gebeist mit der fursten brief, Daz wir an der vorgenanten Vischwaid nichts haben, dan als vil ain iedleich Abt vnd Conuent wil Wir vergehen auch das vns der ostgenant Abt vnd Conuent die vorgenanten Vischwaid ze Teufenbag lasen haben. Mit der beschaiden. Daz ain iedleich Abpt vnd Conuent des Closters vollen gewalt hat, wider ze vodern dy ostgenant Wischwaid wenn sy wellen vnd müsen vnd sullen yns dann ledich lasen. Vnd chain vnser Erben vnd nachkomen schol dhain ansprach darnach nymmer mer gebinnen. weder mit Recht noch an Recht, Vnd zu ainer gedachtnüs schol der Visher dem vorgenanten

Gots-

Gotshaus geben all Jar zehen pfenning Regenſpurger von der Hofſtat, Dez zu vrkund gib ich in diſen brief verſigelten mit meinem aigen Inſigel, fur mich fur mein Hawſſrawn vnd all vnſer Erben vnd nachkomen Der geben iſt ze Regenſpurch in der Stat, Do man zalt von Chriſt gepurt Tauſent Jar. zwai hundert Jar. Vnd viertzigk Jar, an ſand Margareten tag der heiligen Junkfrawen.

Num. LXXXI. *Testimonium innocentiae. ao.* 1242. *Ex libr. cop.* 1402.

Seifridus ſola Miſeratione divina Ratyſponenſis Episcopus. Imperialis aule Cancellarius. Vniuerſis preſens ſcriptum intuentibus. Salutem inomnium ſalutatore, Accidit machinatione dyabolica inſtigante quod cum homines *Alberti dicti de monte Sancti Michahelis* conarentur quendam aque decurſum cuidam Molendino pertinenti ad cenobium in Reichenbach ſubtrahere Violenter nec curaſſent ad piam monitionem dilecti nobis *Alberonis ejuſdem cenobij Abbatis* deſiſtere ipſoque diuertente ab eis ſupervenerunt armata manu Homines eccleſie ſue quorum etiam vehemenciam dum conpeſcere properaret ipſi antea congreſſi, duos ex inuaſoribus occiderunt, Quamuis ergo conſtantia ſua cujuſque culpe macula expera eſſet. ad abolendam tamen infamiam quam amici occiſorum diuulgauerant contra ipſum ſponte nobis de hoc purgationem ſuam obtulit, quam et nos gratanter acceptauimus certum ſibi diem ſuper hoc ut congruum fuerat ſtatuentes Conparens itaque coram nobis die ſibi prefixo preſentibus eccleſie noſtre ſenioribus aliiſque pluribus tam laicis quam clericis cum dilectis in Chriſto. de *Pruueninge. et de Prül de Sancto Jacobo, et de Metan Abbatibus nec non Prepoſito* Sancti Magni ceteriſque fide dignis de hoc ſe ſolempniter expurgauit. Nos quoque de prudentum virorum conſilio eundem Abbatem prout juris fuit a tali nota prorſus pronuncianimus abſolutum ſub interminatione anathematis tenore preſentium prohibentes ne a quoquam ſuper eo probroſe de cetero criminetur, Ad huius etiam proceſſus euidentiam tam poſteris quam modernis declarandam ſcriptum preſens ſeriem facti exprimens Sigillo noſtro

ſtro fecimus communiri. Datum Ratiſponę IIij Idus July Pontificatus noſtri Anno xvj°. Anno vero incarnationis D. M°. cc°. xlij°. Indictione xv.

Num. LXXXII. *Traditio molendini ad cenſum etc. circ.* 1242. *Ex Cod. tradit.*

Notum ſit vniverſitati fidelium quod *Adilhaidiſ de Rumtinge.* pro remedio anime ſue et mariti ſui prioris *Rudegeri.* et mariti ſui ſequentis *Vlrici de Bairberge* dedit. Deo et ſancte Marie in Richinbach Molendinum quod dicitur in *leiten.* apud *Rumptingen* ſitum. ad cenſum dimidii talenti et unum charr. tritici. Quo tritico ad petitionem ipſius adilhaidis dominus abbas infeudavit *Pertholdum filium Wicmanni* de *Rumptinge.* Teſtes. *Wicmannus* de *Rumptinge* et frater eius *ohunradus. Heinricus Chelbil.* et frater eius *Kunradus. Heinricus* de *Boinvelinge. Pertholdus* de *hohenwarte. Heinricus et Pertholdus de Wazmanſdorf. Siboto* de *Wald. Waltherus boch.* et alii quam plures *)

Num. LXXXIII. *Concambium, et susceptio feudi perpetui etc. circ.* 1245. *Ex Cod. trad.*

Pateat in notitia poſterorum quod *Iſinrich* de *Chamerdorf* pro remedio anime ſue contradidit deo et ſancte Marie in Richinbach curiam in *Gravinriut* et duo talenta. hac pactione. ut ipſe verſa vice haberet curiam que ſita eſt in *Zuvininge.* ad terminum vite ſue. Poſtea predictus *Iſinrich* maiori conpunctione tactus. item donavit deo et ſancte marie in Richinbach. V. talenta. ut dominus abbas et conventus predicti Monaſterii conpararent curiam. que ſolveret tantum cenſus. ſicut illa in *Zuvininge.* quam ipſi poſſiderent in recompenſationem predicte curie. Ipſam vero curiam in *Zuvininge* ipſe *Iſinrich* et filii ſui et filie pro feodo reciperent a quolibet abbate in perpetuum.

Nos

*) In margine circ. an. 1300. notatur: *Leiten.* Venditum est Rutlando Gotlingario.

Hoc igitur recipientes V. talenta. ut dictum eſt comparavimus curiam in *Roſpach* apud quendam nomine *fridericum* de *Gozoldeſhub*. quam ipſe receptis tribus talentis. et XXX. denarius reſignavit. *Hortelibo. de ſeirichinge. Ipſe vero Hortelibus receptis*. XV. ſolidis. conceſſit predictam curiam. Jure feodali et concedere promiſit. quoscumque de hominibus noſtris preſentaremus. ſibi et filiis ſuis. in perpetuo eccleſie in Richinbach conſervandam. Preſentes autem fuerunt quibus conceſſa eſt eadem curia. *Pertoldus* de *waxmanſtorf*. *Rudgerus ſervus camerarii Alberti Kunradus albus*. Huius rei facti teſtes ſunt. *Ekko* de *lihtenberg*. *Heinricus* de *pfaffenvange*. *Volcmarus*. *Siboto* de *walde*. *Otto* de *Rinhuſin*. *Kunradus* de *ſeirichinge*. *Heinricus* de *friderichſriut*. *Heinricus* de *aelenpak*. *Kunrat ramſe*. *Hertwicus filius Hortilibi*. et alii quam plures *)

Num. LXXXIV. *Privilegium ducale, et conventio de connubiis utriusque familiae. ao.* 1248. *Ex lib. Cop. ao.* 1402.

Otto Dei gratia comes palatinus Reni et dux Bavarie conſtare volumus univerſis preſentibus et futuris. quod nos. et eccleſia *Reichenbachenſis* in talem convenimus unionem. ut ſi qui ex familia noſtra ſimul contraxerint pueri utriusque ſexus exinde procreati utrimque dividentur omni malo ſcrupulo remoto. In teſtimonium huius rei preſentem Cedulam iuſſimus conſcribi et ſigilli noſtri munimine communiri. Acta ſunt hec apud Ahbach. Anno domini Milleſimo. CC. XL. VIII. In die Udalrici. VI. Indictione.

Num. LXXXV. *Renunciatio haereditarii Juris. facta ao.* 1249. *Ex lib. Cop. ao.* 1402.

Hij ſunt teſtes ſuper renunciatione hereditarij iuris *Heinrici* ſerui domini *Altmani* de *Leutzmanſtein* ſuper *Techelſperge* jam

*) In margine circ. an. 1300. notatur: *Zufning*, nunc habet Jordanus carnifex Chambie pro feodo.

jam dicto *Heinricus* acceptis lx solid. / Ratisponensis monete a Domino *Alberone Reichenbachensi Abbate. Heinricus Judex* de *Chalmüntz. Chuno prel. Gerungus de Pultzheim ffridericus* de *Rotig. Rudeger* de *Sinczenhofen. Wernherus* de *Hose. Altman* de *Predmunge Gotfridus Plater Hailtwolcus* de *Rorbach Rudlint* der *Vnstet. Hiltwinus* de *Haselbach Rimboto* de *Aspach. Hiltrich preco* de *Lengult. Albertus murre* de *Swaigendorf. Brunno chastner* de *Lengult. Otto* de *monte Sibot* de *Walde. Vlricus* de *Lewolfinge.* Facta sunt hec Anno d. M°. cc°. xlviiij. Ratisponensi dyocesi posita sub interdicto.

Num. LXXXVI. *Renuntiatio beneficii. circ.* 1249. *Ex Cod. tradit.*

Varie stipulationes ob Beneficium in Salha.

Noverint tam presentes quam posteri. quod *abbas albero* In Richinbach dedit XV. talenta. *Ottoni de steinlinge* quod ipse resignaret *Ruperto iuniori de neitstein* beneficium in *Salha* *) et per obtentum ipsius Ottonis predictus *Rupertus* et filii sui abrenunciarent omni iuri in beneficio illo ad serviendum deo et sancte Marie. In Richenbach. quod factum est. Huius rei testes sunt. *Vlricus de Kunigestein. Warmut. Rupertus. villici nostri. Fridericus in der Gazze. Heinricus filius villici. Sibot. Pertholdus. Eibanus. Rudegerus.* servi abbatis. et alii quam plures.

Num. LXXXVII. *Redemtio advocatiae ad certum tempus. ao.* 1254. *ex libr. cop. ao.* 1402.

*G*Ebhardus *dei gratia Comes de Hirsperch.* Omnibus hanc litteram inspecturis. Obsequium et salutem. Nouerint Vniuersi christi fideles tam futuri quam presentes quod. Abbas et. Con-

*) Ex margine: *Salhes.*

Conuentus de Reichenbach Ratyſponenſis Dyoceſis redemerunt *Aduocatiam et Jus Advocatie prediorum ſuorum in Jlſwanch* et in pertinencijs ſuis apud dominum *Waltherum pincernam de Chingenburch* pro Centum libris denariorum Ratyſponenſis monete uſque ad decem proximos annos a feſto Purificationis Sancte Marie proxime venturo et ipſe pincerna infra eoſdem decem annos nichil iuris debet habere in Aduocatia ſupradicta. Preterea ipſe pincerna eandem Aduocatiam conceſſit miniſterialibus noſtris videlicet *Dipoldo de Aicha. et Franconi de Stumenhoue* uſque ad ſupradictos decem annos ad conſeruandum eam Eccleſie de Reichenbach. Et poſt eoſdem decem annos memorata Aduocatia cum omni Jure et integritate debet redire ad ipſum pincernam uel ad heredes ipſius uel ad alium ſicut ipſe pincerna ordinauerit. Ceterum predicti miniſterialeſ noſtri *Dipoldus et Franco* ſolempniter iurauerunt quod poſt eoſdem decem annos in eadem Aduocatia pincernam non preſumant aliquatenus impedire. Teſtes *Waltherus Abbas* de *Prüueningen. Heinricus* prepoſitus *de Rebdorf. Heinricus* de *Abbateſberge. Heinricus* de *Tanne Poppo* de *heinſenuelt. Reinboto* de *Milenhart. Ffridericus Dapifer* de *Sultzbach. Conradus* de *Phergen. Otto* de *Aicha. Erneſtus* de *Weindingen, Heinricus de Stainingen. Vngarus Paganus.* et alij quam pluref. Acta ſunt hec. Anno domini. M°. cc°. liiij. VIII Kalendas februarij.

Num. LXXXVIII. *Collatio advocatiae ao.* 1254. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

In nomine domini Amen Que geruntur a Viris prudentibus ne poſt longa temporum ſpacia ſimul a memoria euaneſcant ea ſolent litterarum teſtimonio perhennari. Nouerint igitur Vniuerſi preſentia inſpecturi. Quod nos *Dietricus permiſſione diuina Reichenbachenſis eccleſie humilis Abbas* Aduocatiam ſuper duabus Curijs noſtris in *denkeline* contulimus *Chunrado de haidowe* dicto *huffcouer* ad terminum tantum Vite ſue et hoc de conſilio prudentum virorum *Siefridi videlicet de frowenberch et Vlrici de Walturen* Conſtituentes ſibi de predictis Curiis duas ſcaffas

tritici quasi pro Jure Aduocatie anno quolibet persoluendas. Hanc nostre constitutionis formulam tali pena nichilominus vallantes. Vt si prenominatus *Chunradus de haidowe.* a sepedictis Curijs plus exigere adtemptauerit aut extorquere preter id quod iam dictum est. Videlicet duas scaffas tritici collatio Aduocatie ad nos libera reuertatur. ab omni inpetitione sepius nominati Chunradi et iure penitus absoluta. Huius rei testes sunt hii. *Siefridus* de *frowenberch. Vlricus Storo vlricus* de *walturen. Ebo* de *Turdelinge. Heinricus* de *Pänuelinge Otto* de *Stiwinge. Wichmannus* de *Turdelinge Otto* de *nouo castro. Heinricus* de *Rumptinge* Et alij quam plures. Acta sunt hec Anno gratie Millesimo. cc°. Quinquagesimo quarto. Indictione duodecima.

Num. LXXXIX. *Traditio praedii cum reservatione Ususfructus ad vitae tempus. circ.* 1254. *Ex Cod. tradit.*

Cum vivit littera. vivit et actio littere commissa. cuius assertio humanas perpetuat actiones; Noverint igitur cuncti Christi fideles tam presentes quam futuri. quod temporibus *Dieterici* venerabilis *abbatis* in *Richenbach.* villicus in *Riethousen* nomine *Chunradus Kivel.* possessionem unam suam in *Sabrai* *). solventem annuo censu libram hallensium. emere curavit ecclesie predicte Richenbachensi. apud dominum *Heinricum de witeslinge. octo libris hallensis* monete. pro remedio anime sue. sub hac tamen forma. ut prefatus *Chunradus.* et uxor ipsius Hadwigis, cum unica filia sua Methilde, ipsum prediolum teneant pro vite sue termino possidendum, quibus defunctis libere in ius ecclesie revertatur; Testes huius rei sunt *Gotpoldus de Rumtinge Waltherus de truthleuvinge Kunradus Rampf Rudegerus Ketlaer. Rudegerus scaeplaer Heinricus villicus de Rithhousen. Heinricus senst de secundo Rithhousen.* et alii quam plures.

Num.

*) Ex margine: *Sabral*, item *Schabrai.*

Num. XC. *Testimoniam juris Monasterio in Reichenbach competentis in Curiam quandam in Rüdelingen sitam. ao.* 1261. *Ex libro cop. ao.* 1402.

NOs *Fridericus Miſeratione diuina humilis Abbas Sancte Crucis in Werde, Arnoldus de Meſſenhuſen Chunrad Münſter*, et Vniuerſi cives in Werde preſenti ſcripto notum eſſe cupimus, univerſis tam preſentibus quam futuris. Quod cum Anno domini Milleſimo. Ducenteſimo. lx primo. xvij°. Kalendas Julij. Venerabilis *Abbas Dietricus in Reichenbach. Eberhardo. Chunrado.* qui Curiam quandam in *Rüdelingen* ſitam ſue eccleſie adtinentem occubabat exhibere vellet de omni impetitione iuſtitie complementum coram viro prouido ac ſapienti domino *Heinrico Imperialis aule Marſcalco de Pappenham* quem Vtraque pars in cauſa tali in Judicem aſſumebat. dictus Abbas ſub ſtola corporali obtinuit ſacramento predictos *Eberhardum Chunradum* omneſque heredes ipſorum nullum Jus penitus habere in Curia antedicta. ſub eodem Juramento aſſerens atque probans quod ante ſpacium decem annorum pro eadem Impetitione patri ipſorum *Marquardo* et ipſis Viginti octo libras hallenſes, dedit eo quod in eiſdem bonis ceſſerunt et renunciauerunt, omni Juri que cum ante tractata fuerint coram nobis, de ipſis cum ſepedicto Abbate perhibuimus teſtimonium Veritatis. In eiuſdem etiam rei teſtimonium Conuentui ipſi et Abbati ſuo preſentes litteras dedimus ipſas noſtrorum Sigillorum munimine roborantes. Teſtes huius facti ſunt, *Dominus Hiltbrandus Struma de Emoldſhaim. Vlricus de Weldw. Hainricus de Salhach. Albertus de Buche. Albertus filius ſuus. Vlricus de Türhaim. Hiltebrandus de Seubrehteſhouen. Chunradus Sünniger. Rappoto de Warfolſteten. Hainricus Stainlin Milites. Chunradus Münſter. Marquartus Schrotar. Walthenus de Gingen. Vlricus Vitlo. Hainricus Mergart. Fridericus ſenioris Münſter filius Hainricvs de Laugingen. Junior fridericus de Gingen. Sifridus de Handencelle. Bertholdus Gfeter. Hainricus de Smalcdorf.* Acta ſunt hec in *Merdingen* In die Santi Viti Anno et Menſe ſicut antea eſt preſcriptum.

Num.

Num. XCI. *Arbitramenti sententia. ao.* 1265. *Ex libr. cap. ao.* 1402.

Nos Leo Miseratione diuina Ratisponensis Episcopus. Vniuersis presentem litteram inspecturis Volumus esse notum, Quod cum inter venerabiles viros Abbatem et Conuentum in Reichenbach ex vna parte et *Pertholdum* et *Fridericum fratres dictos de Alttenmarct* ex altera super Curia sita ibidem cum suis appendicijs, questio verteretur, tandem in nos tanquam in Arbitros hinc inde fide prestita fuit a partibus compromissum, et nos diffiniuimus arbitrando dictam questionem statuentes ut iam dicti fratres dimidiam partem prouentuum Estualium qui volgo dicuntur *Sumergelt*, cum Caseis et porcis de Anno presenti. Abbati et Ecclesie Reichenbachensi persoluere non obmittant. Statuimus etiam ut sepedicti fratres a festo Purificationis beate Marie venturo proxime usque ad biennium teneant predictam Curiam et instituant et destituant colonos in eadem et fructus integre percipiant et alia salua substantia Curie ac edificijs et omnibus appendicijs preter fructus qui inde percipi poterunt quoad dictum biennium faciant prout videbitur expedire. Finito uero biennio. Curia vacabit libere Abbati et Conuentui supradictis nec in ipsa Curia quicquam Juris teneant dicti fratres Edificium etiam quod est in ipsa Curia in eo statu in quo fuit tempore arbitrij promulgati restituatur ab ipsis fratribus Monasterio supradicto. Et si per incendium casu fortuito uel per incursus hostium uel quocunque modo alio dictum edificium destruatur dicti fratres soluant Abbati et Conuentui. iij. lib. Rat. Monete a tempore destructionis edificij infra mensem, Volumus etiam quod de equo quem dictus Fridericus dicit se obligasse pro Abbate recipiat coram choro Ratisb. iustitie complementum, De beneficio uero agri cuiusdam et Prati in Altenmarcht, quod prefatus Fridericus indebite sibi dicitur vendicasse Abbate de Reichenbach et Conuentu ecclesie supradicte reclamantibus viua voce taliter ordinamus ut prelibatus fridericus infra festum Omnium sanctorum et Natiuitatem domini proxime venturam coram nobis compareat Rat. Jus quod in eodem beneficio asserit se habere presente Abbate de Reichenbach modis omnibus prout iustitia dictauerit declaraturus Da-

tum

tum Ratisbone. Anno domini M°. cc°. lx°. quinto xij. Kalendas Januarij.

Num. XCII. *Donatio Curiae, facta Monasterio Reichenbach. circ.* 1265. *Ex Cod. tradit.*

Quia facta hominum cum ipso tempore elabuntur. cautum est ut litterarum assertionibus, ipsorum ordinatio, firmius perhennetur, Hinc notum sit. Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus vniversis. quod *Seiboto de Aentrestorf.* curiam suam *prustoben.* talentum. annis singulis persolventem. Sancte Marie in Reichenbach pro remedio sue anime perpetuo contulit possidendam. Testes vero huius sunt. *Rudegerus de hauchindorf. et Rudegerus* filius suus. *Wilhelmus de heresingen. Cunradus de Troubinna Walterus hircus.* et alii quam plures *).

Num. XCIII. *Renunciatio advocatiae. ao.* 1268. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis. quod ego *Vlricus de Walturen* et heredes mei quocumque tytulo consangwinitatis uel affinitatis nomine censeantur nullam Jurisdictionem in Aduocatia prediorum Ecclesie Reichenbachcensis Videlicet in *Waidental. Bisscholfdorf et Turingsdorf* habemus. Siquid uero Juris in Aduocatia predictorum prediorum ad petitionem domini Abbatis et Conuentus Ecclesie Reichenbacensiis pro termino Vite mee solummodo propter deum hactenus habere visus sum tenore presentium renunciaui et renuncio tali modo precludens omni posteritati generis mei viam nocendi malignandi siue in Aduocatia prefacta quippiam iuris sibi contra iustitiam vendicandi. Simili modo renuncio viua voce Aduocatie in Curia *Bischoffstorf* soluente quinque solidos Ratysponensis monete quam dedi beate Marie Virgini in Reichenbach in remedium anime mee et omnium parentum meo-

*) Ex margine: *Praunstuben.*

meorum et in recompenſationem omnium grauaminum quibus eccleſia Reichenbachcenſis per me ſe leſam fore meminerit et grauatam fratribus ibidem domino famulantibus in perpetuum ſeruituram Et ut hec rata permaneant et inconuulſa preſentem ſcedulam inde conſpriptam. Sigillo domini *C. de Paulſtorf* et meo placuit communiri nominibus teſtium qui interfuerunt nichilominus ſubnonatis. *Chunradus de Paulſtorf. Cengarij. Heinricus et Otto Heinricus de Meuſchendorf. Chunradus de Waldawe. Heinricus de Peilſtein.* Acta ſunt hec. Anno domini Milleſimo. Ducenteſimo. Sexageſimo octauo Indictione vndecima.

Num. XCIV. *Collatio curiae in prunstoben. ao.* 1268. *Ex Cod. tradit.*

Ut tempus, ſic actiones hominum tranſeunt, unde cautum eſt, quod ea que memorie digna fuerint litteris et teſtibus confirmentur, Hinc notum ſit cunctis intuentibus praeſentibus, quod *Heinricus miles Dorulo,* ob reverentiam ſancte Marie, et in remiſſionem ſuorum criminum, curiam ſuam ſitam in *prunſtoben* *), ſingulis annis talentum perſolventem, eccleſie in Richinbach, contulit perpetuo poſſidendam, Teſtes et Cetera. Datum et cetera. Temporibus illis. Venerabili domino. *Eberhardo.* abbate exiſtente. et *friderico. patruo ſuo de Dorlo. et Dittrico filio ſuo,* cum multis aliis preſentibus, Anno videlicet domini. M°. CC°. LX°. octavo.

Num. XCV. *Renunciatio advocatiae pro certo praedio. ao.* 1270. *Ex libro Cop.*

Nos *Vlricus de Höchſteten* dictus de *Münſter Wernherus et Hainricus filii* mei omnibus praeſentium inſpectoribus volumus declarari, quod dum nos Aduocaciam vnius hube in *Steinhem* ſite et duarum hubarum in *Binzwangen* ſitarum que tres hube Cenobium in Reichenbach Ratiſponenſis dioceſis prediali titulo

*) Ex margine: item *Praunstuben.*

titulo respiciebant a nostris progenitoribus tenuissemus nos Advocacie earundem triun hubarum renunciavimus omne Jus. quod inibi nobis competebat uel conpetere poterat ad manus Venerabilis *Eberhardi* ipsius Cenobij Abbatis pro Tredecim libris denariorum quos ipse Abbas tunc nobis dedit et in remissionem nostrorum peccaminum resignantes. Et in testimonium huius nostre renunciacionis et resignacionis presentes litteras dicto domino Abbati et suo Cenobio disposuimus exhiberi. Sigillorum videlicet nostri sepedicti domini Abbatis et Oppidi *Werd.* Augustensis diocesis munimine roboratas. Datum Werd. Anno domini Millesimo. Ducentesimo Septuagesimo quarto Kalendas Marcij. Testes huius rei sunt. *Syfridus Miles de Lussingen. Sifridus dictus Schutzzij. Rudgerus Munster Gerungus hartmannus dictus Hirs. Chunradus filius suus. Cives de Werd, Hasso Villicus, Chunradus de Ruedelingen* Et alij quam plures.

Num. XCVI. *Privilegium Dom. Friderici et Gebhardi Landgrav. de Leukenberg. ao.* 1270. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

Universis Christi fidelibus. quorum manibus presens scriptum fuerit revolutum *Fridericus et Gebhardus* Lantgrafii de Lewkenberg. Salutem cum plenitudine omnis boni. Quoniam vere religionis devotio ab omnibus qui christiana professione censentur. est pre omnibus operibus. et super omnia negotia promovenda. nobis expedit ad salutem. ut illorum necessitati de nostre provideamus munere dignitatis qui pro nobis nostraque salute. die noctuque orationes suas ad aures profundunt incessabiliter creatoris. Hinc est. quod universitati vestre volumus esse notum. quanam conditione dilectos in Christo venerabilem abbatem et conventum in Reichenbach ordinis cluniacensis. Ratysponensis dioecesis sub patrocinio beate Marie perpetue Virginis militantes ut Deo ibidem quietius famulari possent. progenitores nostri á iudice provinciali. quod nostro specialiter cedit iuri exemerint. multuorum iam temporum spatio transvoluto videlicet ut quilibet abbas prefati loci. canonice electus post confirmationem suam ab ipsis scilicet progenitoribus nostris suisque libe-

liberis. cum duodecim ſolidis Ratyſponenſis monete exciperet eandem iudiciariam poteſtatem. Cum igitur ad nos pervenerit eiusdem loci abbati lege preſcripta ſepedictum provinciale iudicium porrigendum. quia in eodem iudicio incole et homines reſidentes. à quibusdam indebite moleſtantur. donationem prefatam decrevimus innovare eidem clauſtro in Reichenbach pro remedio animarum progenitorum noſtrorum. et noſtrorum. ſub formula conditionis memorate eandem iudiciariam poteſtatem cum omni iure mercatus quod vulgo dicitur chaufrecht in villa Reichenbach. Ab iſta et alia parte aque usque in chaltenbach. et in omnibus bonis in villis videlicet et hominibus. que iam longo tempore poſſederunt. de noſtra providentia liberaliter ſtabiliendo perpetualiter. quod per manus venerabibis Abbatis *Wernheri* ſepe dicti loci in Reichenbach uniformiter reſignamus. Ut igitur hec noſtre largitionis donatio in perpetuum maneat inconvulſa preſentem paginam inde conſcriptam. ſigilli noſtri *Friderici* preſcripti munimine roboramus, Huius rei teſtes ſunt. Dominus *Fridericus decanus de Kaſte. Dominus Wernherus ſacerdos. Rupertus de ſuperiori caſtro. Suppanus Heinricus de Bernſtein. Otto de Zenſt. Ulricus de Pfreimde. Trutiwinus de Radwitz. Heinricus de Limberch. Wolfhardus de Attelndorf* et alii quam plures. Datum *Waltecke* anno gratie Milleſimo ducenteſimo LXX°. In die Sancti Bonifacii martyris. *)

Num. XCVII. *Dotatio Infirmariae reichenbacensis, ao. 1280. Ex libro Cop. ao. 1402.*

Nos Hainricus dei gratia Ratiſponenſis Epiſcopus Preſentibus profitemur. quod cum dilectus in Chriſto Venerabilis Abbas et Conuentus Eccleſie in Reichenbach in ipſorum Infirmaria ad conſolationem fratrum debilium paucos uel nullos haberent redditus ſeu prouentus. Ipſis ad uſus infirmarie *Eccleſiam in Wald.* in qua Jus obtinent patronatus cum omnibus

ſuis

*) In margine manus post 1402. notat: non plus. significans, similes concessiones postea fuisse caseatas et annullatas.

ſuis prouentibus deputamus noſtri Capituli accedente beneplacito et conſenſu In qua Vicarium perpetuum de noſtra uel noſtri ſucceſſoris auctoritate decreuimus collocandum cui prebenda ſufficiens aſſignetur. per quam Jura Epiſcopalia legatorum necnon hoſpitalitatis onera valeat ſupportare. Vt autem circa ipſos maiori et largiori videremur gratia verſari Dilectus noſter auunculus *Chunradus de Hohenuels* ipſis vendidit et tradidit *Aduocatiam in Roſpach* cum queſitis et inquirendis ac omnibus Juribus que ſibi in predicta Aduocatia competebant uel competere videbantur. Quam cum a nobis et Eccleſia noſtra predictus *Chunradus* poſſediſſet tytulo feodali ipſam de conſenſu noſtri Capituli eis Jure proprietatis donauimus perpetuo poſſidendam. Jta tamen ut de ipſius Aduocationis redditibus ad officium Infirmarie pro recreatione fratrum decumbentium detur annis ſingulis vna libra Et ne de gratia ipſis per nos collata ingrati viderentur. promiſerunt fideliter et deuote ut cum deceſſerimus ex hac vita quod noſtrum Anniuerſarium cum ſolempnitate debita celebrabunt, In cuius rei teſtimonium in die noſtri Anniuerſary Statuimus de predicte Eccleſie et Aduocatie prouentibus fratribus reffectionem. lx^{a} den̄. pro conſolatione annis ſingulis miniſtrari Quare preſentem litteram decreuimus noſtri ac Capituli noſtri ſigilli. ac predicti *Chunradi* munimine ſigillari. Datum Ratiſpone. Anno domini Milleſimo Ducenteſimo. lxxx^{o}. duodecima Kalendas Marty Indictione Octaua.

Num. XCVIII. *Venditio iuris advocatitii. ao.* 1281. *Ex libr. Cop.*

In nomine domini Amen. Nos *Heinricus ſenior et Vlricus Junior de Höchſteten* tenore preſentium profitemur et conſtare volumus vniverſis preſentem paginam inſpecturis Quod nos prudentum Vſi conſilio ius Aduocatie noſtre ſeu Aduocaticij noſtri quod nobis in hnba ſpectante ad Monaſterium Sancte Marie in Reichenbach ſita in *Stainhaim apud Höchſteten* competebat et competere Videbatur quam colit Vidua dicta *Chünlynn*, vendidimus plenarie ſine omni Vexacione noſtra et noſtrorum heredum Reuerendis in Chriſto Abbati et Conuentui Monaſterij pretaxati

 ordi-

ordinis ſancti Benedicti pro ſumma quinque librarum denariorum Auguſtenſium perpetualiter poſſidendum. Vt autem hec noſtra Vendicio inviolabilis et inconuulſa amodo per nos et noſtros heredes valeat permanere preſentes eidem ſcilicet Abbati et Conuentui prelibatis dedimus, Sigillorum Vniuerſitatis Ciuium in Werdea et mei videlicet *Heinrici de Höeſtetin* ſupradicti et Aduocati *Heinrici in Höeſtetin, dicti Niufaraer* munimine roboratas. Teſtes huius rei ſunt dominus *Reinwardus Munſter Chunradus patruus. Hainricus de Laugingen. Marquardus dictus Schroechaer. Sifridus de Haudigcelle. Hainricus dictus Ebnär. Chunradus* frater ſuus. *Chunradus de Höeſtetin* Ciues Werdenſes *Rein-hardus doctor puerorum in Werdea* Et alij fide digni, Acta ſunt hec Anno dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo primo Quintadecima Kalendas Aprilis.

Num. XCIX. *Collatio juris praesentandi in Paroèhiam Grispach facta a duce Heinrico Monasterio Reichenbach. ao.* 1285. *Ex libro cop. ao.* 1402.

Hainricus dei gratia Palätinus Comes Reni Dux Bauarie: Omnibus preſentia inſpecturis in perpetuum. Cum recognoſcamus et recognoſcere debeamus quod quamquam ad promotiones Eccleſiarum religioſarum propter augmentationem diuini cultus ex ſui deuocione quilibet fidelis teneatur obnexius. Hij tamen magis tenentur. quos diuina clementia in maioribus potentatibus collocauit. Same conpatientes paupertati Eccleſie de Reichenbach que propter malitiam hominum in grauem cecidit penuriam et defectum quamuis diu floruerit in monaſtice vite obſeruantia et hoſpitalitatis oneribus ſemper ſtuduerint conplacere ob ſalutem anime noſtre et progenitorum noſtrorum, quatenus noſtra in prefata Eccleſia agatur memoria et ſit in recompenſam damnorum per nos et noſtros quod abſit dicto Cenobio illatorum *Eccleſiam in Griſpach* cuius Jus patronatus ad nos ſpectare dignoſcitur quoad dictum Jus preſentandi. Saluis nobis Juribus alijs in decimis et quibuſcumque extra Jus patronatus ad nos ſpectantibus, dicte Eccleſie in Reichenbach ob preces *Wernheri* tunc Abbatis ibidem, quem morum honeſtas

et

et disciplíne merita recommendant. concedimus, tradimus et donamus in perpetuum pacifice possidendum. Renunciantes in fauorem dicti Cenobij, quicquid nobis uel heredibus nostris in dicto Jure patronatus in Ecclesia Grispach conpetebat uel conpetere poterat in futurum. In cuius rei testimonium presens conscribi mandauimus instrumentum nostri Sigilli robore communitum. Datum Egre. Anno domini. M°. cc. lxxx° quinto. In Conuersione sancti Pauli.

Num. C. *Praedia vendita Monasterio Reichenbach. ao.* 1285. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

IN nomine domini Amen Cvm Varij rerum euentus et inopinati multociens circa propositum hominum euenire soleant cautum est ut ea que memoria digna fuerint litteris et testibus perhenentur, Hinc est quod nos *Fridericus dei gratia Abbas*, Totusque Conuentus *eccleſie Monaſterienſis*. Notum esse cupimus Vniuersis quod communi nostri capituli consensu ob necessitates nostre ecclesie quam plurimas varijs casibus imminentes Venerabili domino *Wernhero Abbati et Conuentui in Reichenbach.* quedam bona nostra prope Chambiam sita scilicet *Hedrichſtal et Chepphingen* culta seu inculta pro quadraginta libris et duabus, contulimus ipsa bona sicut ea liberali Jure et proprio hactenus habuimus in perpetuum possidenda, Profitentes quod de eisdem bonis abrenunciauimus presentibus viris quam plurimis idoneis et honestis Cuius rei testes sunt. *Heinricus Prior. Diedericus Cellerarius. Chunradus Forſtmeiſter, Rupertus Vlricus Sacerdotes, Fridericus Rugerus ſubdiaconi* nostre congregationis in *Münſter Albero Prior Dietricus de Rumptingen Otto Geruugus, Chunradus. Albertus. Heinricus. Wernhardus, Otto* Sacerdotes. *Heinricus Diaconus. Wolframus, Hermannus, Marquardus Subdiaconi. Wernherus, Albertus, Siffridus Conuerſi in Reichenbach. Heinricus Reizarius. Dithmarus Greuël, Vlricus Türler, Perchtoldus Tanner,* Ciues in Chambe, *Rupertus Sengo, Vlricus Goppolt* utriusque cenobij famuli. Et alij quam plures Vt igitur talis collacio in posterum violari non valeat, presens scriptum tam nostro Sigillo, quam Sigillo nostri Conuen-

uentus duximus roborari., Datum anno domini Milleſimo, cc°, Octogeſimo quinto, In die Sancti Petri Ad vincula.

Num. CI. *Compromissi Sententia. ao.* 1286. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

EGo *Wolframmus Gigantarius Judex in Niewinpurch.* Notum eſſe cupio preſentibus et futuris. quod cauſa que inter venerabilem dominum *Wernherum Abbatem in Reichenbach et Chunradum Zeidler et ipſius cognationem.* ſuper Jure hereditario curie cuiuſdam ipſius *Cenobij in Wichelſdorf* coram me Judicialiter pertractata et verſa dinoſcitur quam diucius Viris honeſtis et idoneis mediantibus, utriusque partis conſenſu. ſic extitit terminata ut iam fatus *Chunradus* nec non et fratres ſui cum omni cognatione ſua iam prefato Jure hereditario manifeſtius abrenuntiantes. promiſerunt quod vlterius nunquam eiuſdem Juris hereditarij contra ipſum clauſtrum Reichenbach aliquibus querimonijs haberent aliquatenus mentionem. Cuius rei teſtes ſunt, *Rudgerus Turdower. Rudgerus de Wartperch. Rudgerus Fronawer, Vlricus de Sigenſperge Chunradus prepoſitus de Beiterwerlt Pertholdus Tanner Nurenberger Pertholdus Bochel Sazarius de Niewenchirchen* Et alij quam plures Ad maiorem autem huius facti habendam certitudinem preſentem cartulam ſic conſcriptam Sigillorum appenſionibus ſcilicet Venerabilis domini Wernheri Abbatis in Reichenbach necnon et mei contuli roboratam. Anno domini M°. cc° lxxxvj° Jacobi Apli.

Num. CII. *Confirmatio protectoria Bonorum et Jurium ab Henrico duce facta monasterio Reichenbach. ao.* 1288. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

NOs *Heinricus dei gratia Palatinus Comes Reni dux Bawarie* Preſentibus profitemur quod cum Venerabilis Abbas Monaſterij in Reichenbach ſub fiducia noſtri fauoris et gratioſe defenſionis poſſeſſiones ſiue Curias *Hadernſtadel, Täſching, Chäpfing* pro Quadraginta quinque lib. denariorum Ratiſponenſium et Aduocatiam predictis poſſeſſionibus videlicet *Haderſtadel et Chä-*

Chapfing adherentem pro triginta duabus lib. Ratysponensium comparavit in pecunia numerata, ea potissimum consideratione, quod predicta bona sunt in terre nostre dominio sita seu etiam constituta. Nos bone voluntatis sue propositum congrua retributione repensare volentes sibi et Monasterio suo promittimus in hijs scriptis, quod prefatas possessiones cum ipsa Aduocatia sub eo Jure et conswetudine gubernabimus fouebimus, ac etiam defendemus, quod vel quibus bona sive possessiones in *Altenmarche* et in *Geonach*, eisdem Abbati et Monasterio suo a retroactis temporibus nostre protectionis subsidio gubernavimus et defendimus usque modo Ita quod in eisdem Juribus et conswetudinibus, nec per nos nec per heredes nostros dispendium aliquo tempore sustinebunt, In quorum omnium testimonium atque robur presens Instrumentum eidem Abbati et Monasterio suo tradidimus Sigilli nostri robore communitum. Datum et Actum Ratispone Millesimo ducentesimo lxxx° Octauo Feria Secunda proxima post Dominicam. Domine in tua Misericordia.

Num. CIII. *Notitia super emtione villae cum iure advocatiae. ao.* 1288. *Ex Cod. tradit. et libr. cop. ao.* 1402.

Cum ea que proferenda ad lucem constant sub modio non debeant occultari. Nos *Wernherus* dei gratia abbas in *Richenbach* notum esse volumus universis, quod villam, *Hedrichstal* *), cum advocatia, nostre ecclesie, comparavimus, pro octoginta libris. duabus minus, iure proprio eternaliter possidendam. Illustris siquidem princeps, et Dux venerabilis, *Heinricus*. ob reverentiam beate Virginis Marie. et in remissionem sui et reverende uxoris sue. criminum, iam fatam advocatiam, nostro cenobio contulit, iure proprio et quiete perpetualiter possidendam, auctoritate sui privilegii similiter confirmando. Testes huius enim sunt. *Albertus* vicedominus. *Chunradus Satelpogarius. Vlricus Dapifer*, *Chunradus Vilferius*, *de stroubingen*. *Chunradus*

*) In margine *Hedrechstadel*.

radus judex in Chambia, Karolus de ſtroubingen. et alii quam plures. Innoteſcat preterea. quod *Otto. et Hiltprandus, puch, pergarii.* quorum eadem advocatia hactenus fuiſſe dinoſcitur. Abdicatione facta, id cum ceteris iam ſubſcriptis manifeſtius profitentur. Acta vero ſunt hec anno domini. M°. c°c°. LXXX. octavo.

Num. CIV. *Emptio curiarum. ao.* 1288. *Ex Cod. tradit. et libr. cop. ao.* 1402.

Noverint univerſi. quod Nos *Werhherus* dei gratia abbas ſancte Marie in Richenbach. duas curias. in *Techſingen* *) ſitas, noſtre eccleſie comparavimus, ſcilicet pro quadraginta quinque libris, apud *Dietmarum Greuelingarium*, qui abdicatione ſollempni facta, per manum delegatoris ſui. *Hertwici de ſchärlowe.* easdem noſtro cenobio contulit, in perpetuum poſſidendas, anno inquam domini. M°. c°c°. LXXX. octavo. quod illuſtris dominus, *Heinricus Dux.* Bawarie, auctentico ſui privilegij. dinoſcitur confirmaſſe. Huius rei Teſtes ſunt, *Chunradus Satelpogarius. Vlricuſ Dapifer de heilſperch. Chunradus, judex in Cambia. Sibant. vrowental. Heinricus Pezzer. Vlricus tuerler. perchtolt Tanner. Chunradus. filius Ditmari Greuelingarii.* et alii quam plures.

Num. CV. *Delegatio curiae in Richersdorf. ao.* 1288. *Ex Cod. tradit.*

Noverint univerſi, intuentes preſentia. quod Otto miles dictus de Vichta. pio zelo animi motus, curiam quandam ſitam, in *Richerſdorf*, pro remedio anime ipſius, eccleſie beate Marie in Richinbach, habendam contulit perpetuo. per manum videlicet delegatoris ſui. *Iſninchgarii.* temporibus venerabilis domini *Wernheri* abbatis, ſub teſtibus hic ſubſcriptis. ſcilicet *Etichone de herbarſriut. Chunrado ipſius filio, Vlrico de peſingen. friderico. Ebone. Vlrico fratribus. de geginſperge, ambobus poupergariis. Heinrico et alberto.* et aliis quam pluribus. anno inquam

*) In margine *Tessching.*

quam domini. M°. c°c°. LX°X°X°. octavo. iam prefata enim curia annis ſingulis libram mediam perſolvere dinoſcitur ex antiquo *).

Num. CVI. *Donatio praediorum cum stipulatione luminis et ſepulture. ao.* 1293. *Ex libr. cop. ao.* 1402.

Notum ſit et exiſtat non ambiguum cunctis preſentis cedule teſtimonium percepturis Quod ego *Heinricus dictus de Ramſperch* in remedium anime mee et omnium progenitorum meorum Viris Religioſis et Venerabilibus Conuentui ſcilicet Sancte Marie in Reichenbach. in eorum deuotis ſuffragijs. diuine propiciationis fiduciam. habens bona mea tria Videlicet predia in *Chalbſing*. vnum in *Wiſint*. Vnum in *Oberhouen*. Profiteor me dediſſe. Inſuper ad ſpecialem luminis vſum Capelle quam ſub Baſilia ibidem conſtruxi. vnum predium dimidiam libram ſoluens. in villa que *Plaihbach* dicitur. poſt obitum meum deinceps poſſidendum Cuſtodi eiuſdem Eccleſie deputaui. Volo tamen et ſtatuo ut ex eodem predio nichil amplius pretextu Steure uel cenſus. extorqueri liceat. que ſicut ab antiquo dari conſweuerunt in vnam redegi ſummam. que ſatis eius onerat facultatem, debet quoque ſic perſolui cenſus memoratus Vt in feſto ſancti Georgij medietas eius In feſto ſancti Michahelis pars reliqua perſoluatur. Feci quoque hanc predicte Eccleſie donationem interueniente mee *vxoris Oſanne* dicte. expreſſo conſenſu et omnium heredum meorum quos tunc habui ſpontanea voluntate. Proteſtor etiam quod allectus ſpeciali confidentia patrocinij beate Virginis Marie. cuius honori Eccleſia loci prefati precipue dedicata eſt. necnon antiqua fauoris inductus familiaritate ſpecialis amici mei Venerabilis aput *Wernheri ac dominorum in Reichenbach*. ſepulturam ipſos elegi uxore mea prenominata et pueris meis de ſe ipſis. et pro ſe ipſis petentibus et volentibus illud idem preſertim cum meorum progenitorum pauſent ibidem corpora tumulata. Qua propter ne

fauo-

*) In margine manus circ. 1300 — 1313. notat: nichil.

fauorabilis hec mea donacio. seu sepulture electio calumpnie uel obliuionis nulla detrimenta sustineat. munimine mei Sigilli. simul et ydoneorum testium subscriptione prouidi huius rei commemoratiuam cartulam roborari. Sunt autem testes. *Dominus Fridericus de Stauff. Conradus de Wetternuelt. Herrandus de Ramsperchk. et Heinricus frater eius.* Et quam plures alij fide digni. Actum anno domni Millesimo Ducentesimo. Nonagesimo Tertio. In festo Diuisionis Apostolorum.

Num. CVII. *Recognitio Vitalitii. ao. 1295.*
Ex libr. Cop.

